






11/11/1980 - 11/11/1980



... C. a. d. m. i. c. a. v. u. -

81 111 10 71 -



alioz clementem oculi monachum eum  
dilecto summa postula est autem bimaculato  
miseratio proprio a capo eten anno  
dicit ac et opena est et leacta et missio  
venerante et nunc. **D**rothi urthonmag  
et mordi pmoni sancti vni ame et mordi  
luteo dnoz misteri et stonie orat utras  
et chape et heit sano arcanis  
omnigen exupur qd fac adhuc mordi  
luteo dpoemant qd omi dnoz ka  
et chape duocant tibz inde et canz  
ieschne. **S**uorant perit abhincenre  
et canz i die posse misteria ignou  
ne se misteria vnde qd omi canz  
spendebit o id apudqz fratre fratre  
opere ralum et plebiscitum eum  
mordi mordi et qd omi mordi regat qd omi  
qd. qd est fact qd omi costitue sehr qd  
ind uicem qd qd no expte lento  
corante sciam pmoni fratre leonis et cunctis  
postulat qd qd qd qd qd qd qd qd qd

spartie sapet strux  
mostum ptolemae sp. m. p.  
per aploos pa adrephoos e ad  
phreno hap iphae huius q dui seku  
pbaras cthionice fidly allegorice  
marchende dute i misteriis mln ex ea  
pne. expurmar. sed sine membrub  
reloq. huius n. statu faciebimur  
i plicento ne p. deservimus etiam  
reddi etiam minime tpe h. regula  
macte suamissimam et affredo ure  
dporph. et agri offensissimam et  
intendo ut p. streborib. Et sin  
istrenissimam minimo illar. qd. orapre  
vid. etiam minima sibi in. hanc  
tornata forte eodum n. c. n. e. n.  
xpo effe. atd. p. f. q. d. a. g. 2  
cpi. in pat. m. d. b. e. a. g. o. m. l.

Si uero dante acutissime 2  
mo 17. 18. 19. 20. 21. 22.  
XIX. 20. 21. 22. 23. 24. 25.  
est. ne dñe uno ex iis  
2. die hiro speni agit  
go crant in ardente si  
adoptione ita extinuo  
na. 26. 27. 28. 29. 30.  
31. 32. 33. 34. 35. 36. 37.  
38. 39. 40. 41. 42. 43. 44.  
45. 46. 47. 48. 49. 50. 51.  
52. 53. 54. 55. 56. 57. 58.  
59. 60. 61. 62. 63. 64. 65.  
66. 67. 68. 69. 70. 71. 72.  
73. 74. 75. 76. 77. 78. 79.  
79. 80. 81. 82. 83. 84. 85.  
86. 87. 88. 89. 90. 91. 92.  
93. 94. 95. 96. 97. 98. 99.  
99. 100. 101. 102. 103. 104.  
105. 106. 107. 108. 109. 110.  
111. 112. 113. 114. 115. 116.  
117. 118. 119. 120. 121. 122.  
123. 124. 125. 126. 127. 128.  
129. 130. 131. 132. 133. 134.  
135. 136. 137. 138. 139. 140.  
141. 142. 143. 144. 145. 146.  
147. 148. 149. 150. 151. 152.  
153. 154. 155. 156. 157. 158.  
159. 160. 161. 162. 163. 164.  
165. 166. 167. 168. 169. 170.  
171. 172. 173. 174. 175. 176.  
177. 178. 179. 180. 181. 182.  
183. 184. 185. 186. 187. 188.  
189. 190. 191. 192. 193. 194.  
195. 196. 197. 198. 199. 200.

Die griff quer zu der bude  
Von 20 fütt und 20 fütt den  
Grauer dienten 10 fütt  
Von 10 fütt 10 fütt

Die griff quer mit einer quell  
Von 20 fütt und 20 fütt den  
Von 20 fütt und 20 fütt den  
Grauer dienten 10 fütt  
Von 10 fütt 10 fütt

Die griff quer zu der bude  
Von 20 fütt und 20 fütt den  
Von 20 fütt und 20 fütt den  
Grauer dienten 10 fütt  
Von 10 fütt 10 fütt

Die griff quer zu der bude  
Von 20 fütt und 20 fütt den  
Von 20 fütt und 20 fütt den  
Grauer dienten 10 fütt  
Von 10 fütt 10 fütt

Die griff quer zu der bude  
Von 20 fütt und 20 fütt den  
Von 20 fütt und 20 fütt den  
Grauer dienten 10 fütt  
Von 10 fütt 10 fütt

Die griff quer zu der bude  
Von 20 fütt und 20 fütt den  
Von 20 fütt und 20 fütt den  
Grauer dienten 10 fütt  
Von 10 fütt 10 fütt

Die griff quer zu der bude  
Von 20 fütt und 20 fütt den  
Von 20 fütt und 20 fütt den  
Grauer dienten 10 fütt  
Von 10 fütt 10 fütt

Die griff quer zu der bude  
Von 20 fütt und 20 fütt den  
Von 20 fütt und 20 fütt den  
Grauer dienten 10 fütt  
Von 10 fütt 10 fütt

Die griff quer zu der bude  
Von 20 fütt und 20 fütt den  
Von 20 fütt und 20 fütt den  
Grauer dienten 10 fütt  
Von 10 fütt 10 fütt

Met wesp huet hert weg und der vant  
an stukkenen op de vleestafel dient  
stukken aus etenlust gesneden bis op  
den vandaag nu niet wesp dat vleest  
en zegt als in alle landt en vleest

Met van den vandaag landt so den vandaag  
in dat vleest so vleest en vleest den  
vleest en vleest vleest vleest vleest den  
vleest en vleest vleest vleest vleest vleest

vleest en vleest vleest vleest vleest vleest

Met van den vandaag landt so den vandaag  
in dat vleest so vleest en vleest den  
vleest en vleest vleest vleest vleest den  
vleest en vleest vleest vleest vleest vleest

Met van den vandaag landt so den vandaag  
in dat vleest so vleest en vleest den  
vleest en vleest vleest vleest vleest vleest

Met van den vandaag landt so den vandaag  
in dat vleest so vleest en vleest den  
vleest en vleest vleest vleest vleest vleest

Met van den vandaag landt so den vandaag  
in dat vleest so vleest en vleest den  
vleest en vleest vleest vleest vleest vleest

Met van den vandaag landt so den vandaag  
in dat vleest so vleest en vleest den  
vleest en vleest vleest vleest vleest vleest

Met van den vandaag landt so den vandaag  
in dat vleest so vleest en vleest den  
vleest en vleest vleest vleest vleest vleest

Met van den vandaag landt so den vandaag  
in dat vleest so vleest en vleest den  
vleest en vleest vleest vleest vleest vleest

*Ca H*

# GLORIO

SI CHRISTI MARTY  
RIS IGNATII ANTIO  
cheni antistitis, Epistolæ un'  
decim. Item una beati PO  
LYCARPI martyris epi  
stola, cum argumento  
Iacobi Fabri Stapu  
len in easdem.

BASILEAE, M. D. XX.

*versio rara*

P. Ed. 228 (Ink.)

\* 10e

v. 16

100  
OPTIMA LITERA DEDICATA  
Vnde longe nullius  
ACQUAM non habet LIBER  
Non sicut in libro  
EGO MUNERA HABO  
Nugis indecens  
INCONSCIENTIA  
Sed in libro  
Sicut in libro  
EGO MUNERA HABO  
INCONSCIENTIA



1408 599 01

3

IACOBI FAB. STAPVLENSIS IN  
EPISTOLAS DIVINI IGNA  
TII ARGUMENTVM.



GNATIVS IOANNIS euā  
gelistæ discipulus, tertius a Petro An  
tiochenæ ecclesiæ suffectus antistes,  
in uinculis exultans, quia dignus ha  
bitus sit pro nomine I E S V contu  
mellam pati, Rhomam missus ut ad  
sæuissimas bestias depugnaret, & in  
theatro dei miles feruētissimus inter solutos efferatissimos  
leones mediis spectaculum præberet: scripsit epistolas un  
decim, sua uincula p Christo cōtinentes, plenas sancti spi  
ritus feruore, sacrū eius pectus suauiter agitantis. Quapro  
pter pie legendæ & pronunciandæ sunt, non laxe, non re  
misce, eneruo emollitoꝝ animo, sed cum feruore. sic ēm &  
eas scripsit totus ardēs, totus gestiens, totus flammatus, cu  
piens dissolui & esse cum Christo sacratissimus martyr, di  
uino iam amore inebriatuſ. Delicias etenim paradisi in ex  
tasi & amatoriae mentis excessu, aliquando ipsum expertū,  
posterioris reliquit antiquitas. & psalmos & cantum per anti  
phonū ad angelorum auditā harmoniā, ecclesijs tunc cœle  
stiformiter uiuētibus primū induxisse. Primā eius epistolā  
scribit ad Trallianos secundā ad Magnesios, tertiā ad Tar  
senses, quartā ad Philippenses, quintā ad Philadelphios, se  
xtam ad Smyrneos, septimā ad Polycarpum Smyrneorum  
episcopum. octauam ad Antiochenses, nonā ad Heronem  
diaconum Antiochenum, decimam ad Ephesios, & unde  
cimā ad Rhomanos. Et has epistolas (cum, ut ex more soli  
litū erat, in ecclesiis sancto cōtuocato ad oēs legeren

A ij tur

tur) dubium non est, fidelium corda sic tunc aperuisse, ut plane miserum se putaret, qui a passione fuisset exclusus, qui relictus fuisset, quandoquidem & nunc legentes, qui uisitantes spiritum sentiunt, illo desiderio & pietate non frustrentur. Et adiecta est una Polycarpi martyris, Smyrneorum antistititis epistola, quae his epistolis testimonium affert, cuius & Ireneus & Eusebius meminerunt. Et saepe hic deo dignus martyr, in sacro ipso affectatae immolationis suae exprimendo feroore, hoc loquendi genere utitur. ego pro uestib[us], ego pro animabus uestris efficiar. Quae sententia est sacratissimi Pauli, ardantis Christi apostoli, secunda ad Corinthios epistola, capitulo duodecimo. Ego autem (inquit) libentissime impendam, & superimpendar ego ipse pro animabus uestris. uictimam se facere optans pro eorum animabus, qui in ecclesijs iam uersabantur, ingressurique erat. Et reuera pro ipsis atque etiam pro nobis, qui ecclesia (dei nos miserante benignitate) accessimus, & Paulus & reliqui apostoli, discipuli, Dionysius, Ignatius & Polycarpus uictimam se fecerunt. Et his epistolis beatissimi martyris, & inuicti Christi Iesu militis Ignatij, testes accedunt Polycarpus, Ireneus, Eusebius Pamphili, & Hieronymus. Denique inter scribendum, cum ducitur ad huius mundi praesides, & mortalia tribunalia, prophetat, & quae surgere debeant haereses, praeuidet, aduersus quas, & quae iam extabant, magno metu affectu premunit. Et plane a mentibus prijs, eorum qui haec pro dignitate & reuerenter legunt, agnoscitur spiritus in eo loquens, & uerba pro ueritate uincto subministrans. Ego enim (inquit ueritas) dabo uobis in illa hora os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij uestri.

Finis Argumenti.

DIVINI IGNATII EPISCOPI ANTIO  
cheni tertii a Petro apostolo, martyris, disci  
puli beati Ioannis euangelistæ, epistolæ.

AD TRALLIANOS EX SMYRNA:  
EPISTOLA PRIMA.



GNATIVS qui & Theopho  
rus, dilectæ a deo patre, & do  
mino IESV CHRISTO eccl  
esiæ sanctæ, quæ est in Trallis, eleTrallis urbs  
est Asiatica.  
ctæ, & deo dignæ, pacificatæ in  
carne & spiritu Iesu Christi spei  
nostræ in passione per crucem & mortem, atq; resur  
rectionem, quam & saluto in plenitudine apostolicæ  
formæ, & opto plurimum in deo gaudere. Imma  
culatum animū, & sine dolo in perseuerantia cognos  
ui uos habere, non in hæsitationem, sed in fidei pos  
sessionē. prout significauit mihi Polybius episcopus Polybius,  
uester, qui peruenit uoluntate dei patris, & Iesu Chri  
sti filij eius, & cooperatione spiritus Smyrnam, & sic  
mihi cōgratulatus est uincto in Christo Iesu, ut om  
nem plenitudinem in ipso conspicerem. Suscipiens er  
go eum secundū deum, uestram beniuolentiā per ip  
sum agnoui, inueniēs uos imitatores esse Iesu Chri  
sti saluatoris nostri. Episcopo subiecti estote, sicut Præcepta &  
domino. Ipse enim uigilat pro animabus uestris, tansancta moni  
ta. quam rationem redditurus deo. propter quod uide,

A iii mini

mini mihi non secundū carnem uiuere, sed secūdum Iesum Christum, qui pro nobis mortuus est, ut credentes in morte eius, per baptismum participes resurrectionis eius efficiamur. Necessarium est enim uos nihil præter episcopū facere, neq; aliquid agere. Sed & presbyteris subditī estote, sicut apostolis Iesu Christi spei nostræ, in quo perseverantes, in ipso inueniamur. Oportet etiam & diaconis, qui sunt in ministerium Iesu Christi, omni modo placere. Non enim in cibo & potu sunt ministri, sed ministeri ecclesiæ dei.

**Præcepta e/  
piscoporū  
obseruāda.** Oportet ergo præcepta eorum obseruare, sicut igne ardētem, ipsi uero sint tales. Vos autem reuereamini eos tanquā dominum Iesum Christum, quoniam custodes sunt loci eius. sicut episcopus forma est patris omnīū, presbyteri uero sicut confessus dei & coniunctio apostolorum Christi. Sine ipsis enim ecclesia electa non est, neq; collectio sanctorū, neq; congregatio sancta. Confido enim & uos sic consistere, exempla enim charitatis uestræ accepi, & habeo penes me ipsum in episcopo uestro. quoniam ipsius institutio magna doctrina est. Nā & mansuetudo eius uirtus est, quam arbitror etiam illos, qui sine deo sunt, reuereri. Quia autem diligō uos, parco frequētius uobis scribere, ne uidear aliquibus contrarius aut tedioussum esse. Vinctus sum enim pro Christo, sed nondū Christo dignus sum. si autem consummauero, forsitan ero. **Magna hu/  
militas, ubi** Non sicut apostolus præcipio, sed metior meipsum

sum, ne in gloriatione mea peream. bonum est enim ḡrā abūdat  
in domino gloriari. Et si saluatus fuero apud deum,  
plus me oportet timere, & non attendere ad eos, qui  
magnificant me, hi uero, qui me laudāt, potius flagel-  
lant. Eligo enim pati, sed nescio si dignus sum. Zelus Eligit pati,  
enim inimici multis non uidetur, me autē impugnat.  
debeo ergo esse mansuetus, ut dissoluatur princeps  
seculi huius diabolus. Nunquid nō poteram uobis  
secretiora scriberet; sed timeo ne paruulis uobis cōsti-  
tutis, ləsionem imponam. Et ignoscite mihi, quia nō  
ualetis ferre uinculorum onera, quemadmodum ego  
uinctus sum. Et possum quidem intelligere cœlestia,  
angelorum scilicet atq; archangelorum ordines, mi-  
litiarum diuersitates, uirtutum & dominationum dif-  
ferentias, sedium atq; potestatum distantias, æterno-  
rum magnificentias, cherubim & seraphim excellen-  
tis sp̄ritus sublimitatem, domini regnū, & super hæc  
omnia omnitenentis dei incomparabilitatē. Hæc igit̄  
tur ego cognoscens, non omnino perfectus sum, aut Petri & Pau-  
discipulus eē possum, qualis Paulus aut Petrus. Mul-  
tū enim mihi restat, ne a deo derelinquar. Rogo autē  
uos, non ego, sed dilectio Iesu Christi, ut id ipsum di-  
catis omnes, & non sint in uobis schismata. Sitis autē  
perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia. Sunt Contra hæc  
enim quidam uaniloqui & mentis seductores, non reticos.  
Christiani, sed Christum mercantes, seductione cir-  
cūferentes nomen Christi, & cauponantes uerbum  
cuan

euangelij. & uenenum erroris commiscentes dulci blandimento, sicut puro melli uirus admiscentes. ut qui biberit illius potus sensuales illecebras, dulce Nemo bo / dñe captus inobseruanter morti addicatur. Monet nus, q malū autem quidam antiquorum, ut nemo bonus dicatur, bono admi scuerit, qui malū bono admiscuerit. Nominant enim Chri- stum, non ut Christum prædicent, sed ut Christum spernant. Et legem proferunt, non ut legem statuant sed ut legi contraria annuncient. Christum enim ali enant a patre. legem uero Christi & nativitatē ex uir gine abiiciunt, crucem erubescentes, & passionem ne gantes, & resurrectioni non credentes. dominum in cognitum profitentur, Christum ingenitum putant, & neq; quia est spiritus sanctus, confitēt. Quidam uero eorum, filium, hominē purū esse dicunt. alij aut ipsum patrē esse dicūt ipsum filiū, ipsumq; spiritū san ctum. Et creaturā, nō opera dei esse per Christum di cunt, sed alterius cuiusdam extraneæ uirtutis. Cau te ergo a talibus, ne sumatis laqueos animabus ue stris. & uitam uestram inexplorabilem opponite om nibus hominibus, ne efficiamini muscipula explora tionis, & sicut retia extensa. Qui enim sibi nō parcit in operibus suis, frater est polluentis semetipsum. Si ergo & uos deponatis naturalem superbiam, inflatile, & tumidā extollentiam, possibile erit uobis insepara biles esse a deo. Prope est enim dominus timētibus eum. Et in quem (inquit) respiciam, nisi in humilem, & qui

AD TRALLIANOS.

9

& quietum, & trementem uerba meas Venerem⁹. Quis honor  
ni autem & episcopum uestrum sicut Christum, se bonis ep̄is,  
cundū quod uobis beati apostoli præceperunt. Qui psbyteris &  
enim intra altare est cōstitutus, mundus est. propter diaconis de  
quod obedit episcopo uestro & presbyteris. Qui ue beatur, & cu  
ro extra altare cōstitutus est, extra episcopū est, & p*ius* ius formam  
sbyteros, & diaconos aliquid agens. qui autem talis  
fuerit, pollutus est conscientia, & est deterior infide  
li. Quid est enim episcopus, nisi omnem principatū  
& potestatem illorum omnium tenens, quēadmodū  
deceat hominem tenere, imitatorem dei factum secū  
dum uirtutem⁹. Quid est presbyteriū, nisi institutio Presbyteriū  
sancta consiliarij, & confessoris episcopi⁹ quid etiam  
diaconi, nisi imitatores Christi, ministrantes episco  
po, sicut Christus patri, & operantes illi operationē  
mundam & immaculatam quo modo sanctus Ste  
phanus beatissimo Iacobo, & Timotheus & Linus  
Paulo, & Anacletus & Clemens Petro⁹. Qui igitur  
istis inobedientes fuerit, hīc sine deo omnino erit, & im  
pius & contemnens Christum, & ordinationem ip  
sius minorans. Ego uero hæc uobis mādo, nō quod Modestia  
aliquos inter uos tales agnouerim ( nec permittat de Ignatij.  
us aliquid huiusmodi aliquando in auribus meis in  
troire, qui filio suo non pepercit propter sanctam ec  
clesiam) sed præuidens seditiones iniqui, præmoniti  
one conforto uos, sicut filios meos charissimos & fi  
deles in domino, præpotas uos medicamine præmu  
B nien

niente contra imminentem pestilentiam. quam etiam  
uos tanquā morbum fugite, beneplacentes in Chri-  
sto domino nostro. Vos ergo succincti mansuetudi-  
ne, imitatores estote passionum Christi, & dilectio-  
nis eius, qua dilexit nos. dās semetipsum p nobis re-  
demptionem, ut nos sanguine suo mundaret ab anti-  
qua impietate, & uitā nobis præstaret incipientibus  
nobis iā perire, pro malitia quæ erat in nobis. Ne-  
mo ergo uestrum aduersus proximum aliquid ha-  
beat, dicēte domino, Dīmittite & dīmittetur uobis.  
Nolite occasiōnē dare gentibus, ne propter aliquos  
paucos insipientes, uerbum domini & doctrina blas-  
phemetur. ne in uobis cōpleteatur, quod propheta ex  
persona dei ad huiusmodi dicit, quoniam per uos no-  
mē meū blasphematur in gentibus. Obturate autem  
De sp beata aures uestras, quando uobis quis sine Iesu Christo  
uirgine Ma filio dei loquitur. qui factus est per M A R I A M ex se-  
mine Davíd, qui uere natus ex deo & ex uirgine. qa  
hoc ipsum est, quod & deus. suscepit enim uere cor-  
pus. Verbum, inquit, caro factum est, & habitauit si-  
ne peccato in nobis. Quis enim, inquit, ex uobis ar-  
guet me de peccato? Māducauit enim uere, & babit,  
& crucifixus est & mortuus sub Pontio Pilato. Sed  
& secundum placitū uoluntatis suæ uere crucifixus  
est, & uere mortuus, uidentibus coelstibus, & terre-  
stribus, & infernis. Coelstibus quidem, tanquam in  
corporalibus creaturis. Terrestribus uero, ut Iudæ  
is &

is, & Rhomanis, & cæteris hominibus, qui tūc eodē tempore præsto erant, quando crucifixus est dominus. Infernis autem, ut multitudine eorum qui cū domino resurrexerunt. Multi, inquit, sanctorum corpora dormientium resurrexerūt de monumentis patefactis. Descendit autē in infernum solus, ascendit uero cum multitudine, & dirupit maceriam quæ erat a seculo, & medium parietem eius dissoluit. & resurrexit tertia die, resuscitāte eum patre. & post dies quibus conuersatus est cum apostolis, assumptus est ad patrem, & sedet ad dexteram eius, expectans donec ponantur omnes inimici eius, scabellum pedum eius.

Maceria murus uetus & ruinosus;

Die ergo parasceues tertia hora, accepit sententiam Horæ myste a Pilato, permittente patre. sexta uero crucifixus est, nona autem emisit spiritum. Ante uero solis occasum de cruce depositus est, & sepultus in monumento novo. Sabbato uero mansit sub terra in sepulchro, in quo posuit eum Ioseph ab Arimathia. Dominica autem die resurrexit a mortuis, secundū quod dicitū est ab eo. Sicut fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Cōtinet autem dies parasceues passionem eius, sabbatum uero sepulturam & requiem, dominica autem resurrectionem.

rij uiuificæ passionis Iesu Christi.

Quidam autem tanquam sine deo increduli & infideles, dicunt eum putatiue tantum fuisse hominem & non uerum corpus suscepisse, atq; putatiue passum

B ij & mor

& mortuum. Ego uero pro passione & morte domini  
ni mei uinctus sum, & opto ad bestias pugnare. Si e-  
terū in hæ- him putatue & nō uere passus est, & mortuus, ergo  
reticos.

ego gratis moriturus sum, mendacia de cruce domini  
ni confingens. Sed & propheta superflue dixit, Vide  
bunt in quem compunixerūt, & planget inter seipso  
tanquam super dilectum, & dolebunt dolore tanquam  
super primogenitum. Ergo infideles illi & increduli  
non minus sunt, quam illi qui eum crucifixerūt. Ego  
sic deuoui spem habere in eum, qui pro me uere mor-  
tuus est, quia alienum est ab eo mendaciū. Vere eten-  
tim peperit Maria corpus, deo in eo habitante, & ue-  
re natus est, deus uerbum ex uirgine, corpus sine no-  
bis passibile sine peccato induens, uere cōceptus est  
in utero, & factus est in utero, formans & faciens sibi  
corpus ex uirgine, sine semine scilicet & collocutiōe  
uiri, portatusq; in utero, sicut & nos tempore porta-  
ti sumus. Et uere lactatus est & nutritus, sicut & nos.  
& cibo & potu, sicuti & nos, usus est, & triginta an-  
nos agens, baptisatus est a Ioāne in ueritate, & nō in  
phantasmate. Et tribus annis prædicauit euangeliū,  
& fecit signa & prodigia coram falsis Iudæis. & a Pi-  
lato præside, iudex iudicatus est, flagellatus est, col-  
phis cæsus est, consputus est, spineam coronam, pur-  
pureāq; uestem portauit, condemnatusq;, crucifixus  
est uere, uoluntarie, complacens, non imaginarie, ne-  
q; fallaciter mortuus est, sed uere, & sepultus est, & re-  
surre-

surrexit a mortuis, sicut ipse alicubi orans patrem, dicebat. Tu autem domine resuscita me, et reddam il lis. Et pater qui semper cum exaudit, respondens ait: Exurge deus iudica terram, quoniam tu haereditabis in omnibus gentibus. Qui ergo resuscitauit eum pater, ipse etiam nos per eum resuscitatus est, non sine uera uita, hoc est, non sine ipso qui ait, Ego sum uita qui credit in me (licet moriatur) uiuit. et omnis qui uiuit, et credit in me, non morietur in æternum. Fugite illas sine deo haereses, diaboli enim sunt adiumentio, serpentis, autoris malorum, qui per mulierem seduxit Adam, patrem generis nostri. Fugite uero et malas so boles eius, Simonem dico, primo genitum generis ipsius, et Menandrum, et Basilidem, et totam collecti onem malignitatis ipsius, et illos hominis cultores He bionitas, quos maledictos esse Hieremias propheta asseruit. Fugite quoque et illos immundissimos Nicolaitas, amatores libidinis, malos calumniatores. nam talis fuit apostolorum minister Nicolaus. Fugite etiam ipsius nequissimi nepotes, Theodotum scilicet et Cleobolum, qui generat fructum mortiferum. de quo si quis degustauerit, statim morietur, non morte temporali, sed æterna. Hi autem omnes non sunt plantatio dei patris, sed progenies maledicti. Omnis autem plantatio, inquit deus, quam non plantauit pater meus coelestis, eradicabitur. Quod si fuissent ramii patris, non utique essent inimici crucis Christi, sed

Nūc diabolū  
nūc nequissimū  
nūc maledicū  
ctū appellat

B. ij. sunt.

Sunt rāni illorum, qui occiderunt dominum gloriæ.  
Nunc autem crucem negantes, et passionem erubescientes, operantur Iudeorum iniqüitates, illorum scilicet qui et deo rebelles extiterunt, et dominum occiderunt. parum est enim eos dicere, prophetarum esse imperfectores. Vos ergo inuitat Christus ad suam in corruptionem per passionem suam et resurrectionem, qui estis membra eius. Saluto uos ex Smyrna, una cum compræsentibus mihi ecclesiis dei, quæ et praesentes me id requisierunt in omni carne et spiritu. Postulauit uos vincula mea, quæ propter Iesum Christum porto, rogans deum ut mereamini in consensu et oratione in inuicem permanere. Decet enim unumquenque stratum bene obsequi presbyteris, episcopum in honorem dei patris, et in honorem Iesu Christi atque apostolorum uenerari. Depreco uos ex affectu audiire me, ut non sit in testimonium quod uobis scripsi. et orate pro me in indigente misericordia dei, ac uestra charitate, ut merear consequi sortem cui subiaceo, ne reprobis inueniar. Salutat uos dilectio Smyrneorū et Ephesiorum, memores uestri, ecclesia quæ est in Syria. Unde non sum dignus dīci ultimus eorum, qui ibi sunt. Incolumes estote in Christo Iesu. Subiecti estote episcopo, similiter et presbyteris atque diaconis, omnes inuicem corde inseparabili. Castificet uos spiritus meus, non solum nunc, sed et quando deum mereuero adipisci. Adhuc enim in periculo sum, sed fidelis est

lis est pater Iesu Christi adimplere petitionē meam  
et uestram, in qua inueniamur immaculati, et acqui-  
siti in domino. Amen.

## AD MAGNESIANOS ex Smyrna Epist. II.



G N A T I V S qui & Theopho-  
rus, benedictę ecclesię gratia dei  
patris in Christo Iesu saluatore  
nostro, in quo saluto ecclesiā quę  
est in Magnesia iuxta Meandrū. Magnesia cū  
uitas Eolica  
sto domino nostro, in quo plurimū uos gaudere op-  
tō, cognoscens uestram secundum deū bene disposi-  
tam dilectionem. exultans assumpsi in fide Iesu Chri-  
sti alloqui uos, dignus effectus sancti atque desyde-  
ratissimi nominis, in his quę gesto uinculis. Lau-  
do ecclesias in quibus iubilare opto carne et spiritu  
Christi Iesu, qui est saluator omnium hominum, ma-  
xime fidelium. cuius sanguine redempti estis, p. quę  
cognouistis, immo cogniti estis ab eo. in quo susti-  
netes, seculi huius temptationē effugite. fidelis est au-  
tem qui non permittit tentari uos, super id quod po-  
testis sufferre. Cæterum ego merui uidere uos, per  
deo dignum episcopum uestrum Damam, & deo  
dignos presbyteros uestros, Bassum scilicet &  
Apolloniū, & cōiuā meū Socionē, quę ego nutriui.  
Sanctum &  
desideratissi-  
mū nomen,  
nomē Chri-  
stianum.  
Damasq &  
Dameus le-  
gitur apud  
Euseb.

quoni

quoniam subditus est episcopo et presbyteris in gratia et lege Iesu Christi, & uos oportet non contemne reætatem episcopi, et secundum dei patris præceptum omnem uenerationem ei exhibere. et secundum quod cognoui, etiam sanctos presbyteros ei deferre, non propter iuuentutem (quaे in eo uidetur) arbitrantes contemnendum, sed in sapientia dei ei obedire. quando quidem non longi temporis sunt sapientes, neque senes sciunt prudentiam, sed spiritus qui est in hominibus Denique Daniel sapientissimus duodecim annorum esse etus, spiritu sancto repletus est. et illos seniores canis ciem uanam habentes, calumniatores et alienæ pulchritudinis appetitores esse manifestauit. Samuel etiam cum esset pusillus, nonagenarium Heli sacerdotem per increpationem redarguit, quod filios suos honorificaret super deum. Similiter et Hieremias audit a domino, noli dicere, quia iuuenis sum ego. Salomon quoque et Iosias in iuuentute mirifici et sapientes in operibus suis apparuerunt. Salomon quidem duodecimo anno ætatis suæ regnare incipiens, arduam et ininterpretabilem mulierum pro parvulis questionem, terribili iudicio dissoluit. Iosias uero octo annorum existens, aras et monumenta subuertere coepit, lucos excidere, templa dei scere, quæ non deo, sed dæmonibus fuerant consecrata. Nam et falsos sacerdotes interfecit ut corruptores et seductores hominum, non diuinati, sed diabolo scruentes. propter quod non est contem

Daniel

Samuel

Hieremias

Salomon

Iosias

contemnenda iuuentus, cum deo adiacuerit atq; ad-  
hæserit, sed illa ætas quæ ex sententia nocet, etiam si  
inueterata fuerit dierum malorum. Iuuenis fuit etiā  
Christophorus Timotheus, sed audite quid ei scripsit Timotheus  
magister. Nemo, inquit, iuuentutem tuam conte-  
mnat, sed forma esto fidelium, in uerbo, in conuersa-  
tione. Dignum est ergo, & uos obedire episcopo ue-  
stro, & in nullo ei contradicere. Terribile est enim ta-  
li contradicere, non enim istum uisibilem quis sper-  
nit, sed illum inuisibilem in eo contemnit, qui nō po-  
test a quoquam contemni. Hic enim non ab homine  
sed a deo habet promotionē. dicit enim deus Samu-  
eli de contēptoribus eius. Non te spreuerunt, sed me  
Nam & Moses populo aduersus se murmuranti ait,  
Non enim aduersus nos murmurastis, sed aduersus  
dominum Deum. Nemo enim inultus remansit, qui  
se contra potiores extulit. Deniq; in lege Dathan &  
Abiron Mosi resistētes, uiui ad inferos depositi sunt.  
Sed & Chore, & qui conspirauerunt cum eo aduer-  
sus Aaron ducenti quinquaginta, igne consumpti sunt.  
Absalon etiam parricida existens, diuino iudicio ar-  
bori appensus est. sed & cor eius, quod mala cogita-  
uerat, sagittis trāfixum est. Nā & Achab & Aman  
nihilominus ppter similē causam morte plexus est.  
Ozias quoq; leprosus factus est, qui contra sacerdo-  
tes sacerdotiū ausus ē arrogare. Saul etiā sacrificare  
præsumens, regali dignitate dehonoratus est, nō ex

C spectas

spectans principem sacerdotum Samuelem. Oportet ergo & nos reuereri potiores, & dignum est non solum uocari nos Christianos, sed etiam esse. Non enim dicere, sed esse facit beatum.

Nō dicere,  
sed esse facit  
beatum.

dicere, sed esse facit beatum. Quidam autem episcopum quidem uocant, & praeter ipsum omnia faciunt. Talibus igitur etiam ipse Christus dicit (qui & uerius & primus est episcopus, & solus natura p̄tifex) Quid me uocatis domine domine, & non facitis ea quae dico? Tales enim non bona scientiae, sed derisores esse mihi uidetur. Quoniam uero negotia finem habet, & adiacet quidem uita ex obseruatione, mors uero ex inobedientia. & necesse est, ut unusquisque in loco quem sibi de praeteritis elegerit, in futuro esse principiatur. Fugiamus igitur mortem, & eligamus uitam.

Duo chara/cteres in homine. Duos enim characteres dico in hominibus inueniri, unum quidem ueræ monetæ signaculum, alterum uero adulterinum. Pius enim homo & religiosus, uera moneta est, quae a deo formata uel expressa est. Impius uero & irreligious, falsa moneta est, noxia, adulterina, praua. quae nō a deo, sed a diabolo facta est.

Hæc autem asserens, non duas naturas hominum esse dico, sed unum eundemque hominem, qui aliquando quidem dei, aliquando autem diaboli efficitur. Si quis igitur pius fuerit homo, dei est. si uero quis impius extiterit, diaboli est. non ex natura, sed ex sententia factus. Infideles enim imaginem habent principis nequitiae, fideles autem formam habent authoris omnium

omnium dei patris & Christi Iesu filij eius. Propter quod si non elegerimus pro ueritate mori in passione ipsius, uita eius non est in nobis. Et quoniam in præscriptis personis multitudinem uestri contemplatus sum, in fide & dilectione moneo, ut unanimes in deo omnia facere festinetis, assidente episcopo in loco dei, & presbyteris in loco consistorii apostolorum, et diaconis dulcissimis mihi, quibus creditum est ministerium Iesu Christi, qui ante secula genitus est a patre deus uerbum, unigenitus filius, et in consummatione seculorum ipse permanet. regni enim eius non erit finis, inquit Daniel propheta. Omnes in concordia inuicem diligamus, et secundum carnem nemo consideret propositum suum, sed secundum Christum Iesum. Nihil sit in uobis, quod uos possit separare, sed ad unamini episcopo, subiecti per ipsum deo in Christo. Sicut ergo dominus sine patre nihil facit (non enim possum inquit a meipso facere quicquam) sic etiam et uos sine episcopo, siue presbyteri, seu diaconi, siue laicus. Non ergo aliquid rationabile uobis videatur, extra ipsius sententiam, tale enim iniquum est, et ideo odiosum. Omnes in id ipsum ad orationem simul conuenite, una deprecatione sit communis, unus animus, una spes, dilectio immaculata in fide IESVM CHRISTI, qua nihil aliud melius est. Omnes adunati ad templum dei concurrete, sicut ad unum altare, sicut ad unum IESVM CHRISTVM

C iij ponti

pontificē ingeniti dei patri. Nolite errare ī aliena glo  
ria, neq; intendatis fabulis & genealogiis intermina  
tis, et iudaicis inflationibus. uetera enim transierunt  
et ecce facta sunt omnia noua. Si enim nūc usq; secun  
dum legem iudaicam et circumcisioñem carnis uiua

Prophetæse mus, negamus nos gratiam accepisse. Sancti etenim  
cūdū Iesum prophetæ secundum Iesum Christum uixerunt, idē  
Christum ui oq; et persecutionem passi sunt inspirante g ratia, ad  
manifestationem incredulis. quia unus est deus omni  
nipotens, qui manifestauit seipsum per Iesum Chri  
stum filium suū. qui est uerbum ipsius, non prolatū  
scilicet, sed substantiale. nō locutio articulatæ uocis,  
sed operatio deitatis, substantia scilicet genita, in om  
nibus bene complacens suo genitori. Si ergo ex an  
tiquis scripturis conuersi ad vacuam spem uenerunt,  
expectantes Christum, sicut ipse dominus docet, di  
cens. Si crederetis Mosi, crederetis utiq; et mihi. de  
me enim ip̄e scripsit. Nam et Abraham (inquit) pater  
uester exultauit, ut uideret diem meum. uidit, et gau  
sus est. Ante Abraham enim, inquit, ego sum. Quo  
modo nos poterimus uiuere sine ipso, cui et prophe  
tæ serui fuerunt, spiritu præuidentes eum: et tanquā  
magistrum expe stabant, et sperabant ut dominū &  
saluatorem, dicentes. Ipse ueniet, et saluabit nos. Nō  
ergo baptisemus Iudaice, ut feriis gaudētes. Qui em  
non operatur, nō manducet. Et iterum. In sudore uul  
tus tui manducabis panem tuū, dicunt eloquia. Sed  
unus

unusquisque uestrum sabbatiset spiritualiter, meditati  
onilegis congaudens. non corporis dimissione fabri  
cationem dei admirans, uelut Iudæus. non omnia co  
medens, & tepidum bibens, & mensurate ambulās,  
& saltationes atque plausum manuum nunc habens.  
Sed pro sabbatificatione, diem festum celebret omnis  
Christianus, dominicam resurrectionem, regalem,  
eminentissimam omnium dierum. de qua propheta  
expectas dicebat, in finem pro octauo. In quo die &  
uita nostra exorta est, & mortis in Christo facta ui  
ctoria. Quam filii perditionis negant, inimici sci  
licet saluatoris, quorum deus uenter est, qui terre  
na sapiunt, amatores uoluptatum & non dei, speciem  
quidem pietatis praefereentes, uirtutem autem eius  
abnegantes, Christum mercantes, uerbum dei in ta  
bernis prædicantes, & dominū nostrū Iesum christū  
uendentes, mulierum corruptores, aliena concupiscē  
tes, & pecuniarum amatores. a quibus eruamini mi  
sericordia faciente, per dominum nostrū Iesum chri  
stum. Non enim sentimus utilitatem eius, nisi nos te  
tauerit. Secundū autē quod agimus iam, non erimus  
nisi ipse nos miseratus fuerit. Si enim iniurias ob  
seruauerit, quis sustinebit? Efficiamur ergo digni co  
gnomento, quod accepimus. Qui enim alio nomine  
præter istud uocatur, hic non est dei. non enim suscep  
pit prophetiam dicentem de nobis. Quoniam uoca  
bitur nomine nouo, quo dominus uocauit eū, & erit  
Inimici Iesu  
Denomine  
Christiano.

C iij popu

populus sanctus. quod & completū est primo in Antiochia Syriæ, ubi acquisierunt discipuli nomē Christianum, Paulo & Petro fundantibus ecclesiam. Ab ijscite ergo malum, uetus fermentum, quod corrūpit & putrefacit, & percipite nouum gratiæ fermentum. Exultate in Christo, ut nō alienus dominetur uestri. Ineptum est enim Iesum christum lingua tantum proferre, & iudaismum in animo habere. Nō enim Christianitas in Iudaismū credidit, sed Iudaism⁹ in Christianitatem. Omnes deniq⁹ Gentiles æqualiter crediderunt, omnis lingua Christum confessa, ad dominū collecta est. & facti sunt lapidei corde, filij amici dei Abraham. & in semine eius benedicti sunt omnes, qui uitam æternam deputati sunt in Christo. Hęc autem dilectissimi mihi, taliter scribens, non agnoui alii  
Sichaberi, quos ex uobis sic haberi. sed sicut minimus uestrum iudaismū se uolo uos conseruatos esse, ut nō incidatis in hamos inanis gloriæ, sed ut ad plenum instructi sitis in Christo. qui ante secula genitus est a patre, postea autem factus est ex Maria uirgine sine collocutione uiri, & nobiscum conuersatus sancte & sine querela, omnem infirmitatem, omnemq⁹ languorem curauit in populo, & signa atq⁹ prodigia pro beneficj hominum fecit, & illis qui longe erant, & illis qui prope in multidine, unum & solum uerum deum patrem suum annunciauit, & passionem pertulit, & ab interfectoribus suis Iudæis sub Pontio Pilato præside & Herodere

de rege crucem sustinuit, & mortuus est atqe resurrexit, & in cœlos ascendit ad illum qui misit eum, & sedet ad dextram eius, uenturusqe est in consummatione seculi i gloria paterna iudicare uiuos & mortuos, & reddere unicuiqe secundum opera sua. Hæc qui in pleno cognouerit & crediderit, beatus est, quomo<sup>d</sup>do & uos amici dei & amatores Christi estis, in plenitudine spei uestræ, a qua nulli uestrum auerti contingat. Acquisiu*u* uos in omnibus, si quidem dignus ero. Si enim uinctus sum, sed ad solutionem omniū uestrum, non sum uinctus. Scio enim, quia non inflamini, quia Iesum habetis in uobis. Et magis cum laudauerero uos, scio quia reueremini, sicut scriptum est, quoniam iustus sui accusator est in primordio sermonis. & dic tu, inquit, primus peccata tua, ut iustificeris. Et cū feceritis, inquit, omnia quæ mandata sunt uobis, dicite serui inutiles sumus. quoniam in hominibus qui se exaltauerit, delinquit ante deum. Dicit enim deus, Propitius factus sum peccatori. Propter quod magni illi Abraham, & Iob, terrā & cinerē semet ipsos ante deum nominauerunt. Et David, Quis sum ego, ait, coram te domine, quoniam glorificasti me usque nunc. Nam & Moses supra omnes homines mansuetissimus, dicit ad Deum. Cracilis uoce, et tardus lingua sum ego.

Humiles ergo estote et uos ipsi, ut exaltemini.

Qui enim

No reputo  
me uinctū, si  
uinculis me  
ispossū uos  
acquirere.

Cōfirmari i  
dogmatib,  
domini.

Qui enim se humiliauerit, exaltabitur, & qui se exaltauerit, humiliabitur. Studete ergo confirmari in dogmatibus domini & apostolorum, ut ex omnibus quæ facitis, dirigamini in uiam rectam carne & spiritu, fide & dilectione, cū honore digno episcopo uestro, & corona digno atq; spirituali Stephano presbytero uestro, & secundum deum diaconis. Subiecti estote episcopis & inuicē, quomodo Iesu patri. ut laus sit in uobis secundum deum, uidentes uos repletos omnibus bonis. Compendiose rogaui uos in dilectione Iesu Christi, mementote mei in orationibus uestris, ut deum merear adipisci, & ecclesiæ quæ est in Syria, cuius non sum dignus uocari episcopus. Indigo em illa laudabili uestra oratione, ut dignus sim illam quæ in Syria est ecclesiam per bonam operationem uestram pascere in Christo. Salutant uos Ephesii de Smyrna (unde scribo uobis) præsentes, quomodo in gloria dei in omnibus refecistis me simulcum Polycarpo, & cæteræ ecclesiæ, in honore Iesu Christi salutant uos. Incolumes estote, in unanimitate possidentes inseparabilem spiritum in Christo Iesu per uoluntatem dei. Amen.

AD TARENSES EX PHILIPPIS.  
EPISTOLA III.

Ignatius



GNATIVS qui & Theophorus, salutem consecutæ in Christo ecclesiæ, laude dignæ, & memoria dignæ, & dilectione dignæ quæ est in Tarso, misericordia & Pax a deo patre, & domino Iesu Christo. Satiatus sum in omni-

Tarsus ciuitas metropolis Ciliciae.

Saturatus

sum malis & crudelitatis eorum, q

me ducunt p

omnia.

bus a Syria Rhomam usq; cū bestijs depugnans, nō ab irrationabilibus scilicet bestijs uoratus (illæ enim uoluntate dei pepererunt Danieli) sed humanam figuram habentibus, quæ sunt immanes bestiæ. Obsident em me nocte dieq; ac deuorant, sed nulli iniquorum istorum facio sermonem. neq; habeo naturam meam tam honorabilem mihi, ut plus eam quam dominū diligam. Propter quod paratus sum ad ignem Feruidamar ad bestias, ad gladios & crucem, tantum ut Christū tyris pietas. uideam saluatorem meum, & deum qui pro memor tuus est. Rogo ergo uos ego uinctus Christi, qui p terrā & mare exagitor, state in fide confirmati, qm iustus ex fide uiuit. Estote inclinabiles & unanimes in fide, qm dñs habitare fecit unanimes ī domo. Agno vi enim qm quidā ex ministris Satanæ uoluerūt uos conturbare. Quorum quidam dicunt, quia Iesus putative natus est, & putative crucifixus. Quidam uero, quia non est filius eius qui fecit mundum. Alij autē, quia ipse est ille, qui est super omnia deus. Alij quoq; quia homo est purus. Quidā uero, quia caro eius

D non

non resurrexit, & quia oportet terminabilem uitam  
haberi, atq; hanc esse finem honorū, quæ non multo  
post corrumpitur, quibus quidē multorū malorum  
ager cumulatus est. Sed uos non intendatis mendaci  
Pauli ciues, is eorum. Pauli cī estis ciues & discipuli, qui ab Hie  
rosolymis & in circuitu usq; ad Illyricum cūcta reple  
uit euāgelio, & stigmata Christi in corpore suo por  
tauit. Cuius memores estote omnibus modis, & co  
gnoscite, quia dominus Iesus Christus uere natus ē  
de Maria, factus ex muliere, & uere crucifixus est, in  
qua cruce gloriatur Paulus, dicens. Mihi autem ab  
sit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. &  
uere passus est, & mortuus, & resurrexit. Si enim pas  
sibilis inquit Christus, & primus ex mortuis resurre  
xit, & qui mortuus est peccato, mortuus est semel. Q  
autē uiuit, uiuit deo. Insuper quæ necessitas uinculo  
rum, Christo non mortuo. Quæ necessitas toleratiæ  
aut quæ necessitas flagellorū. Quid quod Petrus cru  
cifixus est, Paulus & Iacobus gladijs obtrūcati sunt,  
Ioānes in Pathmo relegatus ē, sed & Stephan⁹ a dñi  
interfectoribus Iudæis, lapidibus extinctus est. Sed  
nec in hoc quidē est uictoria. Vere enim crucifixus  
est dominus ab impijs, & quia iste qui natus est ex  
muliere, filius est dei, & qui crucifixus est, primoge  
nitus est omnis creaturæ, & deus verbū. & ipse fecit  
omnia iussione patris. quod apostolus corroborat, di  
cens. Vnus deus pater, ex quo omnia, & unys domi  
nus

nus Iesus Christus, per quem omnia. Et iterū. Vnus enim deus, unus & mediator dei & hominū, homo Christus Iesus, qui est imago dei inuisibilis, primo genitus uniuersæ creaturæ. quoniam in ipso creata sunt omnia, quæ sunt in cœlo & in terra, uisibilia & inuisibilia. et ipse est ante omnes, et omnia in ipso cōstant. Et quia non est ipse, ille qui est super omnia deus, sed filius ipsius, qui et ascendere se ad eū p̄fitetur, dicens Ascendo ad patrē meum et patrem uestrum, et ad deum meū et deum uestrum. Et quādo ei fuerint omnia subiecta, tūc et ipse subiectus erit illi, qui ei sub didic omnia, ut sit deus omnia in omnibus. Ergo alius est ille, qui subiecit filio omnia, et qui est omnia in omnibus. et ali⁹ filius, cui subiecta sunt omnia, qui et post hæc omnia subiectus erit illi, qui ei sub didic omnia. et non est homo purus ille, per quem et in quo facta sunt omnia. Omnia enim inquit, per ipsum facta sunt. Et in libro Sapientiæ ipse de seipso refert, dicens. Cū faceret cœlū, aderā illi. Et iterū. Ego eram apud deū cuncta cōponens, & cōgaudebat mihi cotidie. Quo modo aut homo purus audiret, Sede a dexterā meam: aut quomodo diceret. Antequam Abraham fieret, ego sum: uel illud quod ait, Gloria illa glorifica me, quam habui apud te, priusquam mundus fieret: Quis autem homo posset dicere. Descendi de cœlo non ut faciā uoluntatem meā, sed uoluntatem eius q̄ misit me: uel de quo hoīe diceretur. Erat lumen uerū

D ij quod

quod illuminat omnem hominem uenientem in hūc mundum. In hoc mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. In propria uenit, & sui eum non receperūt. Quomodo ergo huiusmodi homo est purus? ex Maria demum habēs initium ut esset, & non potius deus uerbum & filius unigenitus? De quo dictum est. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et paulo post. Vidi mus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gratia & ueritate. Et iterum. Unigenitus qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Qui et per Salomonem refert, dicens. Creauit me dominus principium tuarum suarum. in opera sua ante secula fundauit me. ante autē omnes colles genuit me. Et resuscitatus est corpora nostra. dixit enim. Amen dico uobis, quoniam uenit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient uocem filij dei. et qui audiuerint, uiuent. Quod etiam apostolus confirmat, dicens. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem. Et quia oportet caste, ac iuste uiuere. iterum dicit. Nolite errare, neque fornicarii, neque molles, neque masculorum concubitores, neque maledici, neque ebriosi, neque fures, neque rapaces regnum dei possidebunt. Etsi mortui non resurgent, neque Christus resurrexit. Vacua est ergo predicatio nostra, vacua est fides uestra, et adhuc estis in pec

in peccatis uestris. Ergo & qui dormierūt ī Christo  
perierūt. Si in hac uita tantū sperantes sumus in Chri-  
sto, miserabiliores sumus omnibus homībus. Si mor-  
tui non resurgunt, manducemus & bibamus, cras e-  
nīm moriemur. Si autem sic confidimus, quæ est dif-  
ferentia hominum & canum uel asinorum, qui nihil  
de futuro cogitant, qui comestionis tantūm odo ap-  
petitores sunt, & post comestionem insciū sunt quid  
interius moueatur. Acqsiui uos in domino, elabora-  
te unusquisq; omnē maliciā deponere, & ferocem  
anīmum & maliloquīa, & calumniam, & turpiloqui-  
um, malam conuersationem, susurrationem, inflatio-  
nem malignam, auaritiam, inanem gloriam, inuidiā,  
& omnia quæ his similia sunt. induite autē dominū  
nostrum Iesum Christum, & carnis curam ne feceri-  
tis in concupiscentijs. Presbyteri subdite estote epi-  
scopo, diaconi presbyteris, populo diaconis. Pro ani-  
mabus hanc ordinationem custodientibus, ego effi-  
ciar, & dominus sit cum eis indeficiēter. Mando uo-  
bis oūrī, diligite cōiuges uestras, filij honorate pa-  
tres, & uos parentes nutritе filios in eruditione & di-  
sciplina domini. Eas quæ in uirginitate sunt honora-  
te, sicut sacras Christi, uīduas pudicas ut sacrariū dei  
ueneremini. Domini cum parcitate estote, serui cum  
timore, dominis seruite. Nemo otiosus in uobis sit,  
mater enim egestatis est uacuitas. Hæc autem dices  
non impero quantum oportet, & si quidem uinctus

D iū sum

Vacuitas  
mater ege-  
statis.

## 30 EPISTOLA D. IGNATII

sum, tanquam fratres commoneo. Et si dominus est uobiscum, acquisiuimus vos. orationibus uestris incumbite, ut Iesum merear adipisci. Comendo uobis ecclesiam quae est in Antiochia. Salutant uos & electae ecclesiae Philippiensium, unde & scribo uobis. Salutat Philon uos Philon diaconus uester, cui & ego gratias ago, Agathop<sup>s</sup> bene mihi seruient in omnibus. Salutat uos Agathopus diaconus de Syria, qui me sequitur in Christo. Salutate inuicem in osculo sancto. Saluto uniuersos & uniuersas, qui sunt in Christo. Incolumes estote corpore et animo et spiritu, et mei ne obliuiscamini, & sit deus uobiscum. Amen

AD PHILIPPENSES DE BAPTISMO  
per Euphanium lectorem nauim ascensurum.

EPISTOLA IIII.



Philippi ci/  
uitas Mace/  
doniz.

GNATIVS qui & Theophorus, ex imperio dei patris misericordiam consecutae in fide et patientia et dilectione sine dolo, ecclesiae quae est Philippenis, misericordia et pax a deo patre, et domino Iesu Christo, qui est saluator omnium hominum, maxime fideliū. Memores charitatis uestrae et sollicitudinis, quae est in Christo quam ostenditis in nobis, decens esse arbitrii sumus scribere ad fraternā in domino unanimitatis uestrae dile

dilectionem commonitos uos faciens cursus nostri,  
ut id ipsum dicatis omnes, unum sentientes. in hoc ipso fidei regulas, præceptaque feci, sicuti & Paulus eruditus uos dicit. Vnus est enim omnium deus, pater Christi, ex quo omnia. & unus dominus noster Iesus Christus filius dei unigenitus, dominator universorum, per quem omnia. Vnus autem etiam spiritus sanctus, qui operabatur in Mose & prophetis & apostolis. unum quoque & baptisma, quod datur in morte Christi. Una itaque ecclesia etiam esse debet, & una fides, quae est in Christo secundum dictum eius eiusdem apostoli dicentis. Vnus dominus, una fides, unum baptisma, unus deus & pater omnium. qui est super omnes, & per omnes, & in omnibus. Vnus est ergo deus pater, & non duo uel tres. unus scilicet qui est, & non est praeter eum solus, uerus. Dominus enim (inquit) deus tuus, deus unus est. Et iterum. Nonne unus dominus creauit nos, & unus pater est omnium nostrorum? Vnus quoque & filius, deus uerbum. unigenitus, inquit, qui est in sinu patris. Etrursum. Vnus dominus Iesus Christus. Et alibi. Quod est nomen eius, aut quod est nomen filij eius? Scitote autem, quia unus est etiam spiritus sanctus paracletus. sicut idem Paulus ait. Vnus spiritus, sicut vocati estis in unam spem uocationis vestram. Et iterum. Omnes, inquit, in uno spiritu potari sumus. Manifeste autem omnia dona gratiarum, ipsi unus atque idem spiritus operatur. Ergo neque tres sunt patres

patres, neq; tres filij, sed neq; tres paracleti, sed unus pater, et unus filius, et un<sup>o</sup> paracletus. propter quod et dominus mittens apostolos docere omnes gentes præcepit eis baptisare eas in nomine patris, et filij, et spiritus sancti. non in unum quendam trinomium, neq; in tres unius eiusdemq; honoris. quia unus est tantum qui homo factus est, non pater scilicet, neq; paracletus, sed solus filius. non putative, neq; inphantasmate, sed certissima ueritate. uerbum enim caro factum est, et habitauit in ea. Sapientia namq; ædificauit sibi dominum, et factus est (sicut homo) deus cum corpore, quod suscepit ex uirgine. non ex collocutione scilicet, aut semine uiri. Virgo enim, inquit, in utero concipiet, et pariet filium. Vere natus est, et uere creuit, uere manducauit et bibit, uere crucifixus est, et mortuus, et resurrexit. Qui hæc credit, ut uera ei<sup>o</sup> continet natuitas, beatus est. qui autem hæc non credit, nihil differt ab eis, qui eum cruciferunt. Princeps enim huius mundi in hoc gaudet, quando quis crumentum negauerit. Interitum enim sibi ipsi esse cognouit

Tropheū cō confessionem crucis. hoc enim tropheum est contra tra principē eius uirtutem, quod uidens expauescit, et audiens timet. Nam et antequam facta esset crux, festinabat facere hoc, et operari in filijs dissidentiæ. operatus est autē inuidia in Pharisæis, in Saducæis, in senioribus in iuuenibus et in sacerdotibus. Cum autem properaret ut fieret, conturbabatur, et postea desperationē immi

immisit proditori, & laqueum ei ostendit, & suspensus  
dium eum docuit. & mulieri immisit timore in som-  
no, ipse conturbans, & compescere tentans patibulū  
crucis. ipse omnia euocās, mouet in suam perniciem,  
nō recognoscēs. in tantum enim mala erant, non oīa.

Malignus autem sentiebat suam perditionē. Initium Astus pessi-  
enim illi fuit ad damnationē crux Christi, principiū mi dæmōis  
mortis, initū perditionis. propter quod in aliquibus apit, & tādē  
quidem operatur, negare crucem, passionē erubelce- in eū dispus-  
re. qui ut funestū putant uocari de uirgine generatio- tationē susci-  
nem, circuncidere ipsam naturam, & diffamare quasi piēs, ipsum ui-  
odiosam. Iudæorum auxiliator est ad negationē cru- confutat ui-  
cis, paganorum ad calumniam Mariæ, hereticorū ad riliter.  
phantasiā. Multiformis est enim malicie princeps  
furans sensus, contrarius sibi metipsl. & alia quidem  
suggerens, alia uero ostentans. Sapiens est enim ad  
malefaciendū, quod bonum est autem nescit aliquan-  
do, ignorantia enim repletus est per inobedientiam.  
Quomodo enim non sit talis, qui non sibi proponit  
suum sermonem? Si enim homo purus est dominus  
ex anima & corpore, quid circumcidis nativitatē  
cōmūnem naturæ hominū? Quid tanq̄ paruam glo-  
riam in homine factam, passionem, simulationem uo-  
cas, & mortem immortalis gloriā existimas? Si deus  
est homo, quid unicum uocas dominū gloriæ, illum  
uidelicet natura immutabilem? Quid sine lege dicis  
legislatorem, qui non humanā naturam habuīt? Ver-

E būm

bum. casu factum est, uerbum hinc, sed non in homine. Quomodo igitur maius est ille, qui in principio omnem sensibilem & intelligibilem naturam uoluntate patris præparauit? Qui cum esset in carne, omnem infirmitatem atque languorem curauit? Quomodo autem non est deus ille, qui mortuos resuscitauit, clavos sanauit, leprosos mundauit, cæcos illuminauit, aquam in uinum conuertit, tuumque exercitum uestra tantum fugauit? Quid ergo deinceps natura uirginis, & membra turpia uocas? Hæc ergo præseminas, & nudari iubes masculos in facie fœminarum, fœminas uero in illicitum desyderium masculorum. Tunc omnia turpia uidetur, & pudicum te ipsum facis, cum tu sis fornicationis spiritus. Ignoras quia tunc fit aliquid turpe, quando illicite perpetratur? Cæterum nihil turpe est, quod sine peccato geritur, nihil prauum, sed omnia bona ualde, & tu non uidens pessundas eam. Quomodo rursum non tibi uidetur natus esse Christus ex uirgine, sed ille qui est super omnia deus, ille scilicet omnia potens? Quis ergo est, qui hunc misit dicitur quis uice huic dominatur, uel cuius sententia subiectus fuit, aut cuius legem adimpleuit? Tu qui nullius sententiam uel potestatem habes, Christum separas a generatione. Legislatorem ingenitum esse pronuncias & cruci affixum illum, qui est sine principio. Cuius ergo permisso hoc factum est, non est dicere. Non enim me latuit tuum antiquum consilium, neque ignoror quoniam cutue  
& lu.

& lubrice incedis. tu autem ignoras quis est qui natus est, qui omnia scire te fingis. Multa enim te latet, uirginitas scilicet Marice, gloriosus partus, de cuius corpore deus processit, stella orientis quae apparuit munera ferentibus magis, archangeli salutatio ad uirginem facta, uirginis gloria cōceptio, desponsatæ puellæ prædicatio, & uirginis in utero infantis præuisio, angelorum hymno gloriæ ad gentium pastores annunciatio, Herodis timor in extollentia regni, præceptio ad parvulorum necem, in Aegyptum trās migratio, atq; exinde reuersio, cunabula infantilia, descriptio humana, lactis nutritio, nomen patris nō seminantis, præsepe ubi positus est, eo quod non fuerit locus, nulla humana præparatio, puerus ætatis, clementū corporis, humana loquela, sed & quod esurist, sitiuit, iter ambulauit, laborauit, sacrificiorū oblatione, circumcisio, baptisma, vox dei desuper ad baptisatum, quid uel unde fuerit testificatio spiritus, & dei vox, Ioannis prophetia, significantis passionem per agnī appellationē, diuersorū signorū operatio, uariæ curationes, imperiū domini quo mari imperauit, & uentos sedauit, & spiritus iniquos fugauit, teipsum torquens & manifestatione uirtutis suæ affligens. Hæc omnia uidens, non habes, quid facias, nisi tenebrosas uertigines. Et quia uirgo peperit ignoras, sed confundit te angelorū laudatio, magorū adoratio, stellæ apparitio. Ignorantiam igitur olim incurristi per

E ii contu

contumaciam. parua tibi uidetur cunabula, passioes,  
circumcisio, lactis nutritio, indigna tibi deo esse haec  
uidentur. Iterum ne uidisti hominem quadraginta die-  
bus & quadraginta noctibus ingustato cibo huma-  
no, & angelos ei ministrates, quos & tu timebas? Vi-  
dens primo quasi communem hominem baptisatum,  
& causam ignorans. post iejunium uero esurienti, in-  
sidiabar, & tentabas quasi communem hominem,  
ignorans quis esset. dicebas enim. Si filius dei es, igno-  
rantiæ id est. nam si uere cognosceres, scires sine du-  
bio, quia quæ impossibilia uidentur ad faciendum, &  
difficilia ad conuertendum, factori omnia possibilia  
sunt. Et propter uentrem tentans eum, qui pascit oes  
esca indigentes, audes tentare dominum gloriæ, ob-  
litus per tuam maliciam, quia non in pane solo uiuit  
homo, sed in omni uerbo quod procedet ex ore dei,  
scires quia filius dei erat. cognosceres utiq; quia in  
quadraginta diebus, & quadraginta noctibus nullo  
egens, reddens corruptibile corpus, etiam in continua-  
tione hoc facere poterat. Sed idcirco esurijt, ut ostend-  
eret quia uere suscepit corpus passibile, simile homi-  
nibus. Propterea & primo ostendit, quia deus erat, &  
secundo, quia & homo fuit. Tu ergo qui tamquam ful-  
gor de sublimi gloria cecidisti, audes dicere domi-  
no, Mitte te deorsum. cui ea quæ sunt, æstimantur q;  
si quæ non sunt. & ad inanem gloriam prouocas cum  
qui non extollitur. & fingis te scripturas de eo lege-  
re, di-

re, dicens. Scriptum est enim, quoniā angelis suis mā  
davit de te, ne quando offendas ad lapidem pedē tu-  
um. Et fingis te sequentia ignorare, auferens ea, quæ  
de te ac tuis ministris prophetauit, dicens. Super aspi-  
dem & basiliscum ambulabis, & cōculcabis leonem  
& draconem. Si ergo conculcatio es pedum domini,  
quomodo tentas intentabilem: immemor legislato-  
ris qui dixit, Non tentabis dominum deum tuum. &  
audes impudentissime opera dei assumere, & dicere  
quia tibi traditus est principatus eorum. & casum tu  
um ostendis contra dominū deum tuū, & promittis  
te dare ei, quæ sunt ipsius, dicens. Hæc omnia tibi da  
bo, si cadens in terram adoraueris me. Quomodo nō  
timuisti talem uocem cōtra dominū emittere, tu qui  
omnium malignorum spirituum malignissimus es:  
& pro malicia uētre & pectore in terram repere ius-  
sus es, & per inanem gloriam in honoratus es, qui p  
auaritiam & arrogantiam ad impietatē deductus es:  
Tu incensor, draco, apostata, serpēs perplexus a deo  
discedes, a Christo separatus, a sancto spiritu alieno,  
& a choro angelorum exulans. Iniuriator legis dei,  
& legitimorum inimicus, qui super protoplastos in-  
surrexisti, & a mandato dei auertisti eos, qui nihil te  
læserunt, qui aduersus Abel Caín parricidam excita-  
sti, qui in Iob mala exercuisti. tu ergo huiusmodi di-  
cis domino, Si cadēs in terrā adoraueris me. O auda-  
cia, O puniende serue fugitiue, serue flagellande, ex-

E iii ter

terminator bonorū, domino dominorum, perfecto  
deo omnium intelligibilium atq; sensibilium dícis, si  
cadens adoraueris me: Dominus autem lōganimis;  
qui non in præsentí & illico interficit eū, qui per igno-  
rantiam & audaciam talia dicit, sed mansuete respon-  
det, dicens. Vade Satana. nō dixit reuertere post me,  
non enim es reuersurus aliquando. Sed uade inquit,  
satana, in ea quæ tibi elegisti loca. uade in ea quibus  
prouocatus es a tua malicia. Ego autē scio quis sum,  
& a quo sum missus, & scio quē de beo adorare. Do-  
minum enim, inquit, deum tuum adorabis, & illi soli  
seruies. Scio enim & noui unum solum, cui non dene-  
go seruire, a quo tu apostata factus es. Nō enim sum  
āntitheus, hoc est, contrarius deo, sed confiteor eius  
ēminentiam, & non recuso adorare eum, quem noui  
natiuitatis meæ autorem & dominum, atq; meæ per-  
fēuerantiae custodem. Ego enim uiuo propter patrē  
Hæc autem fratres per dispositionē dei coactus sum  
mittere ad uos, monens uos ad gloriam dei non qua-  
si extrancus, sed sicut frater. Subiecti estote episco-  
po & presbyteris & diaconis. Diligite inuicē in do-  
mino, sicut dei simulacra. Videte ergo uiri, ut diliga-  
tis uxores uestras, sicut propria membra. Mulieres  
uero sicut unitatis tactu uiros uestrós amate. Qui ca-  
stus est, uel continens, non extollatur, ne perdat mer-  
Quadragesi cedē suam. Dies festos nolite inhonorare. Quadra-  
gesimam uero nolite pro nihilo habere, imitationē  
enim

enim continet dei conuersationis. Hebdomadam etiam passionis nolite despicere. Quarta uero & sexta feria ieunate, reliquias pauperibus porrigitetes. Qui cunq; dominicam aut sabbatum ieunauerit, præter unum sabbatum paschæ, ipse est Christi interfector.

Hebdomada passiois.  
Quartaferia  
Sexta feria.  
Dies dñica.  
Sabbatum.

Orationes uestræ protendantur ad ecclesiam Antiochiae, unde & uinctus ducor Rhomam. Saluto sanctum episcopum Polycarpum. Saluto sanctum episcopum Vitalem & sacrosanctum presbyterum, & conseruos meos diaconos, pro quoru animabus ego efficiar. Ad huc dico episcopo & presbyteris in dño, quicq; cu Iudæis pascha egerit, aut solennia dieru festorum coru Pascha suscepit, cōparticipabit eis qui dominu et apostolos eis occiderunt. Salutant uos Philon et Agathopus diaconi. Saluto congregationem uirginu, legionem viduaru, a quibus adiutus sum. Saluto populu dñi, a minimo usq; ad maximu. Transmisi uobis hæc mea scripta per Euphaniu lectorem, uiru deo honorabilem et fidelissimum, qui mihi occurrit in regione iā nauim ascensuro. Mementote uinculoru meoru, ut consummer in dño. Incolumes estote carne et anima et spiritu, perfecta sentientes, deuitates operarios iniquitatis et corruptores uerbi ueritatis, confortati in gratia domini nostri Iesu Christi. Amen.

## AD PHILADELPHIENSES EX TROIA.

EPISTOLA V.

Igna

Philadelphia Mysix  
urbs.



IGNATIUS qui & Theophorus, ecclesiae dei patris & domini nostri Iesu Christi, quae est in Philadelphia, misericordiam consecutae in dilectione, & confirmatione in concordia & exultatione dei, in passione domini indiuisae, et in resurrectione eius, repletæ omni misericordia, quam & saluto in sanguine Iesu Christi, quod est gaudium sempiternum & singulare, maxime ihs qui sunt in unum cum episcopo, cum presbyteris et diaconis probatis in uoluntate dei patris, per dominum Iesum Christum qui secundum suam uoluntatem solidauit firmiter ecclesiam eius super petram, ædificio spirituali non manufacto. quam flumina inundantia et flantes uenti non ualuerunt subuertere, nec ualebunt aliquando spiritus nequitiae, sed debilitantur uirtute domini nostri Iesu Christi. Videlicet autem episcopum uestrum, cognoui, quia non a semetipso, neque ab hominibus promotus est in ministerium ad communionem pertinens, neque per inanem gloriam, sed in dilectione Iesu Christi, et dei patris, qui resuscitauit eum a mortuis. cuius expauesco mansuetudinem, quomodo tacens amplius potest a loquente. Aptus est enim mandatis domini et iustitiae eius, sicut chordæ cithare. et est irreprehensibilis, non minus a Zacharia sacerdote. propter quod beatificat anima mea illius secundum deum disposui

spositionem, cognoscens innocentem & perfectā, &  
immobilem, & sine ira circa omnes, eius mansuetudi  
nem, tanquā dei uiui. Sicut ergo filii lucis fugite diui  
sionem unitatis, & malam doctrinam hæreticorum,  
**ex quibus** exit coinqūinatio in omnem terram. Vbi  
ergo pastor est, illuc sicut oves congregemini. multi  
enī lupi pellibus ouium induiti, uoluntate mala ca  
ptiuant decurrentes ad deum, sed in ueritate uestra nō  
inueniunt locum. abstinetē itaq; uos a uerbis malis,  
quæ Iesus Christus non seminauit, sed hominum in  
terfectrix bestia, propter quod non sunt plantatio pa  
tris, sed seminarium nequissimi. Non ergo separatio  
nem inueniens apud uos hæc scribo, sed ut muniens  
uos ut filios dei. Quotquot eñ sunt Christi, ipsi sunt  
episcopi. Qui autem declinat eum, uel communionē  
eius, & sociant se cum maledicis, ipsi cum illis simul  
abscinduntur. Non enim sunt agricolæ Christi, sed  
inimici seminarium, a quibus eruamini semper preci  
bus assidentis pastoris uestri fidelissimi & mitissimi.  
Rogo itaq; uos in domino, quicunq; poenitentes ue  
nerint ad unitatē ecclesiæ, suscipite eos cū omni man  
suetudine, ut per utilitatem & bonam demonstratio  
nem de luto & muscipula diaboli eruti, & digni Iesu  
Christo effecti, sempiternam salutē percipiānt in re  
gno Christi. Nolite ergo errare fratres. Quicunque  
enī separatum a ueritate fuerit secutus, regnum dei  
non hæreditabit. Et qui non discesserit a falsiloquo

De ueniē b  
ad sacramen  
tū pniæ & re  
conciliatiōis

F prædi

prædicatore, in geennam damnabitur. unde nec a iustis discedere, neq; iniustis appropinquare oportet. Quicunq; em in aliena sententia ambulauerit, ipse non est Christi, nec passionis eius particeps, sed est fraudulat & corruptor uineæ Christi. Tali ne cõmisceamini, ne simul cū eo pereatis, nec si pater sit, uel filius, aut frater, aut domesticus. non enim, inquit, parcat oculus tuus super eū. Qui ergo odio habet deū, oportet etiā uos eos odire, & super inimicos eius tabescere. non quidem persequi eos, aut percutere nos oportet secundum gentes, quæ non nouerunt deū, sed inimicos arbitrari, & separari ab eis. & monere eos, & ad poenitentiā prouocare, si forte audiant & acquiescant. Amator enim hominū est deus noster, & uult oēs homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Propter quod & solem oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Cuius utilitatis etiā nos dominus uolens esse imitatores dicit, estote perfecti, sicut & pater uester cœlestis perfectus est. Ego confido in uobis, quoniam in domino nihil aliud sapitis. propterea fiducialiter scribo deo dignæ dilectioni uestræ, rogās uos ut instetis uni fidei, uni predicationi, una gratiarum actione utentes. Vna est enim caro domini Iesu, & unus eius sanguis, qui pro nobis effusus est. unus etiā panis pro omnibus confractus, & unus calix totius ecclesiæ, & unus episcopus simul cū omnibus presbyteris, & diaconis conseruis meis.

quia

quia & unus est ingenitus deus pater, & unus unigenitus filius deus uerbū & homo, & unus paracletus spiritus ueritatis. Vna etiā prædicatio, & fides una, & unum baptisma, & una ecclesia, quā fundauerunt sancti apostoli a finibus usq; ad fines, in sanguine Christi proprijs sudoribus & laborib;. Et uos ergo oportet sicut populum sacerdotalē, & gentē sanctam, in cordia omnes in Christo consummari. Mulieres uero subditæ estote uiris uestris in timore dei, uirgines Christo in incorruptione, nō execratus nuptias, sed meliora diligentes nō in criminazione cōtagi; sed propter legis meditationē. Filij subditi estote parentibus, & diligite eos tāq; cooperarios dei ad uestrā generationē. Serui subditi estote dñis uestris in deo, ut Christi liberi efficiamini. Viri diligite uxores uestras sicut conseruas in domino ut proprium corpus, sicut socias uitæ & cooperatrices ad filiorum procreationē. Uirgines solū Christum præ oculis habete, & eius patrem in animabus uestris illuminatæ a spiritu sancto. Memor sum sanctitatis uestræ sicut Heliæ, sicut Iesu Naue sicut Melchisedech, sicut Helisei, sicut Hieremii, sicut Iohannis baptistæ, sicut dilectissimi discipuli, sicut Timothei, sicut Titi, sicut Enodij, sicut Clementis uel eorum qui in castitate de uita exierunt. Non detraho autem cæteris beatis, qui nuptijs copulati fuerūt, quorum nunc memini. opto enim deo dignus ad uestigia eoru, in regno ipsius inueniri, sicut Abraham, & Isaac,

E ij & Ia'

& Iacob, sicut Joseph, & Esaias, & cæteri prophetæ, si  
cū Petrus & Paulus & reliqui apostoli, qui nuptijs  
fuerunt sociati, qui non libidinis causa, sed posteritatis  
subrogandæ gratia, coniuges habuerunt. Patres nu-  
trite filios uestros iu eruditione & disciplina domini,  
& docete eos sacras litteras, & artes honestas, ut non  
ocio gaudeant, Bene enim (inquit) nutrit pater iustus,  
in filio autem sapiente lætabitur cor eius. Domini be-  
nigne in domesticos uestros intendite, sicut sanctus  
Iob docuit, una enim est natura, & unū genus homi-  
num. In Christo autem, neq; seruus, neq; liber. Princi-  
pes subditi estote cæsari, milites principibus, diaconi  
presbyteris, ut sacroꝝ administratoribꝝ presbyteri ue-  
ro & diaconi, atq; om̄is clerus, simul cū omni populo  
& militibus atq; principibus, sed & cæsare, obedient  
episcopo, episcopus uero Christo, sicut patri Christo  
& ita unitas per omnia seruatur. Sint autem uiduæ nō  
uagæ, neq; gulosæ, neq; pterue, sed pudicæ & sobriæ,  
sicut Iudith & Anna. Hæc autem non sicut apostolus p-  
cipio. quis enī sum ego, aut quæ dom⁹ est patris mei,  
ut æqualem me illis dicā: sed sicut cōmilito uester, obe-  
dientiæ ordinem cōtinens. Fratres mei ualde pronus  
sum ad dilectionē uestram, superexultas de unanimi-  
tate uestra. Moneo enim uos nō ego, sed dominus Ie-  
sus per me, in quo uinctus sum. Adhuc magis timeo  
quia nō dum perfectus sum, sed oratio uestra faciet me  
perfectum apud deum, ut eū in quo uocatus sum me-

rear

rear adipisci, confugiens ad euangelium tanquam ad corpus Iesu Christi, ad apostolos tanquam ad presbyteros ecclesiae. Et prophetas quidem diligo, ut Christum prænuntiantes, continentes eius spiritum sicuti et apostoli. Sicut enim pseudoprophetæ et pseudapostoli unū eundemque malignū et seductore, et populū erare facientem spiritum assumperunt, sic certe ueri prophetæ et ueri apostoli unū eundemque sanctum, bonū principalem et uerum, atque doctorem per Christū accepterunt spiritum. unus enim deus ueteris et noui testamenti, unus et mediator dei et hominum, ad facturam intelligibilium et sensibilium, et prouidentiam gerens omniū. Vnus quoque et paracletus, qui operabatur in Mose, et prophetis, et apostolis. Omnes enim sancti cum Christo saluati sunt per ipsum, in ipso spe rantes, atque ipsum expectantes, & per ipsum salutem adepti sunt, qui erant digni dilectione, & digni laude sanctificati a Christo Iesu, testificantes in euangelio spei cōmuni. Si quis deum legis et prophetarū unum prædicauerit, Christum autem negauerit filiū esse dei mendax est, quomodo et pater eius diabolus. & est huiusmodi inferioris circucisionis pseudo Iudæus. Si autem quis confitetur Christum Iesum dominum, negat autem deū legis et prophetarū patrem esse Christi, hic in ueritate nō stat, quomodo nec pater eius diabolus. & est huiusmodi, Simonis magi, et non sancti spiritus discipulus. Si quis autem dicit unum deū

F iij confi

confiteturq; Iesum Christum, hominem uero purum  
putans dominum, & non deum unigenitum, & sapien-  
tiam, & uerbum dei, sed ex anima & corpore eum solum  
esse existimans. huiusmodi serpens est seductor, erro-  
rem prædicans ad perditionem hominum. huiusmodi

Ebion & Ebi-  
onita, paup-  
er est sensu, sicuti uocatur, & adiuuetor ipsius er-  
interpretat. roris Ebion. Si quis enim haec confitetur, corruptio-  
nem dicit, pau-  
r est sensu, si nem aut & coinquinatione uocat legitimam cōmixtio-  
nem, & filiorum procreationem, aut aliquam escā exe-  
crabilē putat. huiusmodi habet cohabitatorē draco-  
nem apostata. Si quis enim patrem & filium & sp̄iri-  
tum sanctum confitetur, & creaturam laudat, simula-  
tionem uero dicit incarnationem, & passionē erube-  
scit confiteri, huiusmodi fidem abnegat nihilominus  
q; interfectores Christi Iudei. Si quis autem haec cō-  
fessus fuerit, & quia deus uerbum in humano corpo-  
re habitauit, sicut & anima in corpore, propter quod  
inhabitare dicimus deum in corpore, sed non in hu-  
mana anima. dicit autē quasdam iniquas mixtiones ali-  
quid boni esse, & finem beatitudinis uoluptatem po-  
nit (qualis ille falso nomine Nicolaita) hic neq; dei a-  
micus, neq; Christi amator esse potest, sed corruptor  
propriæ carnis. & propterea a spiritu sancto desertus  
est, & a Christo alienus. Huiusmodi omnes statuę ex-  
animis sunt, & sepulchra mortuorum, in quibus scripta  
sunt tantummodo nomina defunctorū. Fugite ergo ma-  
las

AD PHILADELPHIENS E S.

las artes, insidias spiritus, qui operatur in filiis seculi  
huius, ne quando tribulati infirmemini in dilectione  
sed oēs id ipsum estote inseparabiles corde, et in una/  
nimitate unum semp sentientes in id ipsum, de hoc ip  
so glorificantes in requie, et in periculis, et in tristitiis  
et in gaudiis. Gratias ago deo p Iesum christū, quia  
bene mihi conscius sum in uobis, et non habet quis  
unde gloriari, neq; clam neq; palam et publice, quod  
grauauerim aliquem aut in modico aut in magno. Et  
oēs quibus locutus sum precor, ut non in testimoniu  
illud possideat. Si enim secundū carnem me uoluerūt  
quidā oberrare, sed spiritus meus non oberrat, a deo  
etenim eū accepi, noui enim unde uenerit, et quo eat,  
et occulta arguet. Clamaui em uoce magna inter eos  
quibus loquebar, non meū sermonē, sed dei proferēs  
episcopo intendente, et presbyteris et diaconis. hi ue  
ro despexerunt me, tanquā prohibentem diuisionem  
quorundā fieri. Hoc autē dicenti testis ille est propter  
quē ego uinctus sum, quia de humano ore hæc nō co  
gnoui, sed spiritus mihi præconisauit dicens, Hæc p/  
ter episcopū ne feceritis. unitatem diligite, diuisionem  
fugite. Imitatores estote P A V L I et cæterorum apo  
stolorum, quomodo et ipsi Christi. Ego quidē quod  
meum fuit feci, ut homo in unitate perfectus, adiici  
ens etiam hoc, quia ubi dissensio mentis et iracundia  
et odium, illuc deus non habitat.

Sanctis. mar  
tyr accepto  
spūscō q p/  
cipiebat loq  
baſ ut Petr  
Paulus &c.

Omnibus

Omnibus igitur pœnitentibus dimitit deus, si ad unitatem Christi concurrunt, et ad consensum episcopi. Credo gratiae Iesu Christi, quia soluit a nobis omnem vinculum iniustitiae. Rogo autem uos ut nihil secundum iracundiam agatis, sed secundum Christi militiam. Audiui enim quosdam dicentes, si non inueniero euangelium in antiquis, non credam. Talibus aut ego dico, quia mihi antiquitas Iesus Christus est, cui non obedire, manifestus & irremissibilis interitus est. Principatus eius est crux, & mors ipsius, & resurrexio, & fides in omnibus his. in quibus uolo per uos nos in orationibus uestris iustificari. Qui non credit euangelio, omnibus simul non credit, qui non praedicat antiquitati spiritus. durum est enim contra stimulum calcitrare, durum etiam Christo non credere, durum quoque apostolorum prædicationem spernere Boni enim sunt sacerdotes, & sermonis ministri, melior aut est pontifex, cui credita sunt sancta sanctorum, cui soli commissa sunt secreta dei. Bona sunt etiam officia uirtutis dei, bonus quoque spiritus sanctus, qui est super omnia sancta sanctissimus, & uerbi minister. sed super omnes sanctos sanctissimus est summus pontifex, et princeps pontificum, qui est legatus et minister patris, et princeps legionum militiae coelestis, per quem pater omnia fecit, atque omnem prouidentiam gerit. Ipse enim est uia quæ ducit ad patrem, ipse est petra, mactria, clavis, pastor, sacerdotium, ianua scientiae et agnationis

tionis, per quam introiuit Abrahā, & Isaac, et Jacob,  
Moses quoq; atq; omnis chorus prophetarū, & colu-  
mnæ mundi apostoli, & sponsa domini ecclesia, pro q  
sanguinē suū fudit ut eā redimeret. Omnia igitur hæc  
in unitate unius, & unigeniti ueri dei. Quid autem  
præcipuum habet euangelium: præsentiam aduentus  
saluatoris nostri Iesu Christi, passionē, sed et ipsam re-  
surrectionē. Quæ enim prophetæ annunciauerunt di-  
centes, donec ueniat cui repositū est, et ipse erit expe-  
ctatio gentium. hæc in euangelio cōpleta sunt, dicēte  
domino. pergite & docete omnes gentes, baptisantes  
eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Omnia  
ergo bona sunt simul, lex, prophetæ, apostoli, omnis  
congregatio quæ per ipsos credidit. Solū autē restat,  
ut inuicem diligamus, quoniam secundum orationē  
uestrā, & uiscera quæ habetis in domino Iesu, annun-  
ciatum est mihi pacificare ecclesiam quæ est in Antio-  
chia Syriæ. Decet enim uos tanquam ecclesiam dei ordi-  
nare episcopum ad mittendum illuc uisitationem dei,  
concedere eis in idipsum cōstitutis glorificare nomē  
dei. Beatus in Christo Iesu, qui dignus effectus fuerit  
tali ministerio. Et uos quidem festinātes, glorificami-  
ni in Christo. Volunt autem uobis (quod nō est om-  
nibus impossibile) pronomine dei (quomodo & semper  
uicinæ ecclesiæ cōsueuerūt) mittere uobis episcopos  
presbyteros, & diaconos. De Philone uero diacono  
uiro religioso a Cilicia, qui nūc mihi ministrat in uer-

bo domini, una cum Gaio & Agathopo viro electo  
 (qui a Syria me sequitur) testificor uobis quia renun-  
 ciauerunt seculo, et martyriū consummare elegerunt.  
 Et ego gratias ago pro uobis, rogans ut suscipiatis  
 eos in domino, ut et uos suscipiat Iesu Christus. Qui  
 enim eos diffamauerunt, redempti sunt in gratia Iesu  
 Christi, qui non uult mortem peccatoris, sed pœnitentia.  
 Salutat uos dilectio fratrū qui sunt in Troia, un-  
 de et scribo uobis, per Burgum qui missus est simul  
 ab Ephesijs & Smyrneis ad uerbū honoris, quos Ie-  
 sus Christus redimat, in quem sperat carne & anima  
 spiritu & fide, dilectione & cōcordia. In columnes esto  
 te in domino Iesu Christo, cum omni spē nostra in spi-  
 ritu sancto. Amen.

## AD SMYRNENSES EX TROIA.

## EPISTOLA VI.



Gnatius qui & Theophorus, ec-  
 clesiæ patris altissimi & dilectissi-  
 mi filij eius Iesu Christi misericor-  
 diam consecutæ, & gratia repletæ  
 in fide & dilectione fundatæ, & to-  
 tius gratiæ deo decentissimæ, san-

Smyrna clui etissimæ, sanctificatæ, q̄ est in Smyrna, imaculatæ spiri-  
 tas ē Lycę p-  
 uincia i Asia tu & uerbo dei, plurimā salutē. Glorifico deū & patrē  
 domini nostri Iesu Christi, qui perseipsum uos tantū  
 illuminauit. Agnoui enim uos perfectos esse in fide  
 immobili tanquam clavis affixos cruci domini Iesu  
 chri

Christi carne & spiritu. & confirmatos in charitate  
dei in sanguine Christi, & uere ad plenū instructos in  
domino Iesu Christo filio dei, primogenito totius cre-  
aturæ, deo uerbo unigenito filio, q̄ est ex genere Da-  
uid secundū carnē ex Maria uirgine, baptisatus a Io-  
anne, ut adimpleretur omnis iustitia, qui conuersatus  
sancte sine peccato, sub Pōtio Pilato et Herode tetrar-  
cha uere clavis cōfixus ē pro nobis in carne, a quo &  
nos redempti sumus p̄ diuinā & beatā eius passionē,  
ut tollat secū sibi cōiunctos in secula p̄ resurrectionē  
ad sanctos & fideles suos, siue ex Iudæis, siue ex Gen-  
tibus in unū corpus ecclesiæ suæ. Hæc em̄ omnia pas-  
sus est pro nobis, & uere passus est, non putatiue, sed  
uere, sicut & resurrexit. Sed non sicut quidā infideli-  
um erubescentes plasimationem hominis, & crucē &  
ipsam mortē, dicunt, quasi putatiue & non uere susce-  
pit corpus ex uirgine, et putatiue passus est. immemo-  
res illius qui dixit, Verbū caro factū est, et habitauit  
in nobis. et iterū, Soluite templū hoc, et ego in triduo  
resuscitabo illud. Et in alio loco, cū exaltatus fuero a  
terra, omnia trahā ad meipsum. Ergo uerbū habita-  
uit in carne. sapientia enim ædificauit sibi domū. uer-  
bum ergo, templum sui ipsius ab aduersariis dissolu-  
tum, resuscitauit tertia die. uerbum utiq̄ exaltata car-  
ne sua ueluti illo æneo serpente in eremo, attraxit  
ad se omnes ad salutem æternam. Ego autem non so-  
lum natum cum & crucifixum in corpore factum

G ij scio.

Icio, sed etiam post resurrectionem in carne eum notui, & credo esse. Nam cum ad eos qui cum Petro erant uenisset, ait illis. Palpate me & uidete, quia non sum dæmonium incorporeum, spiritus carnem & ossa non habet sicut me uidetis habere. Et Thomæ dixit. In iice digitum tuum in fixuram clauorum. & affer manum tuam, et mittite in latus meum, et noli esse incredulus, sed fidelis. Et statim crediderunt, quia ipse erat Christus. Propter quod & Thomas ait illi, deus meus, et dominus meus. propterea ergo morte contempserunt, parum dicentes esse, iniurias et plagas, et alia nonnulla propter ipsum sustinere. Nam et postquam ostendit se eis, quia uere et non putatiue resurrexisset, non ducauit cum eis et bibit, et sic uidentibus eis assumptus est cum carne, ad eum qui misericordia illum. In qua et iterum uenturus est cum gloria et uirtute, secundum quod dictum est ab angelis ad apostolos. Hic Iesus qui assumptus est a uobis in coelum, sic ueni et quemadmodum uidistis eum ascendentem in coelum. Si ergo sine corpore dicunt eum uenturum esse in consummatione seculi, quomodo usurpi sunt eum illi, quicquid perixerunt in eum, et cognoscentes plangent inter se. Nam incorporaliu[m], neque species neque figura, sed neque effigies quidem aliqua animalis formae haberet poterit, in qua figuram clauorum, uel lanceæ foramen appareat, propter simplicitatem naturæ. Haec autem moneo uos charissimi, sciens quia et uos sic habetis. præcustodio autem uos a bestiis, hominum figuram habentibus,

quas

quas non solum deuitare, sed etiā fugere oportet uos  
Tm orate pro illis, ut forte pœniteat. Si enim putatiue  
in corpore fuit dominus, & putatiue crucifixus est,  
ergo & ei putatiue ego uinctus sum. Quare autem &  
meipsum tradidi ad mortē, ad ignē, ad gladiū, ad be-  
stias. Sed non putatiue, sed uere omnia sustineo pro-  
pter Christum, ad cōpatiendū ei, ipso me confortan-  
te, quia non est mihi tanta uirtus. Quem profecto qui  
dam ignorantes negauerunt, & cōsentient magis mē  
dacio quā ueritati, quibus nec persuaserūt prophetæ  
neq; lex Mosi, sed nec nunc usq; euangeliū, nec no-  
stræ speciales passiones, nā et de nobis hoc ipsum sen-  
tiunt. Quid enim me iuuat si me quis laudauerit, do-  
minū autē meū blasphemauerit, si non eum confessus  
fuerit incarnatum esse deū, hoc autē qui non dixerit,  
perfecte eū negat, sicut mortuum baiulans. Nomina  
uero eorum infidelia, non mihi est nunc uisum scribe-  
re, sed neq; contingat mihi ut mentionem eorum eo-  
rum faciā, donec pœnienteant. Nemo seipsum seducat.  
Si enim non crediderit Christum Iesum in carne fuī-  
se conuersatū, & confessus fuerit crucem eius, & passi-  
onem, et sanguinē quē effudit pro mundi salute, uitā  
æternā nō cōsequetur. siue rex, siue sacerdos, seu prin-  
ceps, seu priuatus, seu dominus, siue seruus, seu uir, si-  
ue mulier, qui capit capiat, & qui audit audiat. Locus  
ergo & dignitas atq; diuinitiæ, neminem inflent. Ignor-  
bilitas & paupertas nullum humiliet, sed cum his om-

G ij nibus

nibus, fides eius sit in deum, et in Christū, & spes fru-  
tionis futurorum honorū cū dilectione, quæ est circa  
deum & circa proximū. diliges enim dominum deū  
tuum ex toto corde tuo, & proximum tuū sicut teip-  
sum. Sed & dominus dicit Hæc est uita æterna, ut co-  
gnoscāt te solum uerum deum, & quem misisti Iesum  
Christum. et illud Ioannis. Mandatum nouū do uo-  
bis ut diligatis inuicem, in his enim duobus manda-  
tis, tota lex pendet et prophetæ. Dicite ergo eis qui tali-  
ter docent, quomodo legem ponūt, incognitū esse pa-  
trem Christi prædicantes, quomodo etiā, cum infide-  
lem inimicitiā inuicem habent, dilectionē autem fu-  
turorum negligunt, præsentia dissimulant, quæ uētu-  
ra sunt, tanquā præsentia esse putant, et tanquā somnia  
et phantasiā existimant. mandata contemnunt, uidu-  
am et orphanū despiciunt, uinctum derident, resurre-  
ctionē frustrant. Huiusmodi omnes nepotes sunt illi  
us inueterati malorum sp̄iritus, qui & Adam per mu-  
lierem mandatum transgredi persuasit. qui et Abel p̄  
Cain occidit, qui et Iob decipere conatus est, qui &  
Iesu filio Iosezech resistere tentauit, qui et apostolo-  
rum fidem subuertere uoluit, et Iudæorum multitu-  
dinem aduersus dominū suscitauit, qui et nūc opera-  
tur in filiis diffidentiæ. A quibus eruat nos dominus  
Iesus Christus, qui patrem deprecatus est, ut non de-  
ficeret fides apostolorum, non quod nō sufficeret cu-  
stodire eam, sed gaudens de patris eminentia, ipsum  
depre

deprecatus est pro eis. Dignum est ergo a talibus abstinere, et neque proprium cum his, neque commune colloquium habere, sed intendere legi & prophetis, & euangelisantibus uobis salutare uerbum. Nefandas uero hæreses et schismata facientes fugite, sicut principatum malorum. Omnes episcopum sequimini, sicut Christus Iesus patrem. presbyteros sicut apostolos, diaconos autem ueneramini sicut mandato dei ministrantes. Nemo præter episcopum aliquid agat eorum quæ ad ecclesiam pertinent. Firma eucharistia Eucharistia. reputetur, quæ ab episcopo concessa fuerit. Vbi episcopus præsens fuerit, illuc et plebs congregetur, Sicuti et ubi Christus est, omnis cœlestis militia adest, tanquam principi militiæ uirtutis domini, et ipse est dispensator totius intelligibilis naturæ. Propterea non licet sine episcopo, neque offerre, neque sacrificium immolare, neque missas celebrare. Sed si ei uisum fuerit secundum beneplacitum dei, tunc demum tutum & firmum erit. Ergo omnia quæcumque agitis et facitis iam, mutabilia sunt, ut corrigamus nos in deo, cum tempus habemus poenitendi. Quod enim incertum est, non habet confessionem. Ecce enim homo inquit, et opera eius cum eo. Sicut scriptum est, Honora inquit, fili deum et regem. ego autem dico, honorate quidem deum, et autorē omnē et dominū. episcopū autē tāq̄ principē sacerdotū, imaginē dei ferentē, principatū quidē secundum.

secundū deum, sacerdotiū uero secundū Christū, & post hunc honorare oportet etiam regem. Nemo em̄ potior est deo, neq; similis ei, neq; episcopo in ecclesia honorabilior, sacerdotium deo gerenti pro mundi salute. neq; regi quis similis est in exercitu, pacem & benevolentia omnibus principibus cogitanti. Qui em̄ honorat episcopū, honorabitur a deo, & qui in honrauerit eū, a deo inhonorabitur. Si enim quis contra regem insurgens, damnatione dignus est, quomodo ultionē euadere poterit, qui præter episcopū aliquid egerit. Sacerdotium enim summa est omniū honorū quæ in hominibus constant, quod si quis inhonrauerit, deū inhonorat, & dominū Iesum christum primogenitum totius creaturæ, & solū natura principē, sacerdotē dei. Omnia bene uobis ordinate, quæ man data sunt in Christo. Laici diaconis subditū sunt, diaconi presbyteris, presbyteri episcopo, episcop⁹ Christo, sicut ipse patri. Secundū quod uos me refecistis fratres, & uos dominus Iesus christus. absentem me & præsentem dilexistis, retribuat uobis deus ppter quem tanta in uinctū eius ostendistis. & si quidē non sum sufficiens, sed tamen deuotio uestra grandis est. Si quis enim honorauerit prophetā in nomine pphetae, mercedem pphetae accipiet. Manifeste & qui honorat uinctū Christi Iesu, mercedem martyrū accipiet. Philoni & Gaio, et Agathopo, qui me sequuntur in uerbo dei, qui sunt ministri Christi, benefecistis suscipi

suscipiendo eos sicut ministros dei. qui & maxias grā  
tias agunt domino pro uobis, quoniā refecistis eos  
omnibus modis. Nihil uobis reputabitur ad peccatum,  
de ihs quæ eis impendistis, det uobis dñs inueni  
re misericordiā apud deū. In illa die pro animabus ue  
stris, sp̄ritus meus & uincula mea sint, quæ non spre  
uistis, nō erubuistis. hæc est perfecta spes in Christo  
Iesu. Orationes uestræ appropinquauerunt ad Antio  
chenam ecclesiā, cui & pacifici estis. Vnde & uinctus  
oēs saluto, & non sum dignus esse ultimus eorū. sed se  
cundū dei uoluntatē dignus effectus sum, nō ex mea  
prouidētia, sed ex gratia dei. quam opto perfectā mi  
hi tribui, ut per uestras orationes deum merear adipi  
sci, ut opus uestrū perfectū sit in coelo & in terra. De  
bet ergo uos in honorem dei curā gerere deo dignæ  
ecclesiæ dei, quæ est in Syria, & gratulari eis, quia pa  
cifici sunt, & perceperunt suam magnificentiā, & resti  
tuta est in corpore eorum. Sed mihi uisum est mitte  
re illuc cum epistola, ut glorificēt tranquillitatē quæ  
eis secundo contigit, & quietem. Ego uero merui por  
tum tutissimū orationibus uestris. Cum sitis perfe  
cti, perfecta cogitate, sentite, sapite. Volentibus em̄  
uobis bene agere, etiā deus paratus est uobis præsta  
re. Salutat uos dilectio fratrū uestrorū, quæ est in Tro  
ia, unde & scribo uobis per Burgum, quē misistis me  
cum, una cum Ephesijs fratribus uestris, qui me refe  
xit in omnibus. Et debuerant quidem omnes imitari,

H quia

quia exemplū est ministerij dei, retribuet ei domin⁹  
gratiā in omnibus. Saluto deo dignū episcopum ue-  
strū Polycarpū, & deo decentissimū presbyterum. &  
Christophorus diaconus meus, & cōseruus, & speci  
aliter & generaliter oēs in nomine dñi Iesu Christi, &  
in sanguine ipsius, & in passione, & in resurrectione  
carnali, & spirituali in unitate dei & uestra. Gratia uo-  
bis & misericordia, pax & patientia in oībus in chri-  
sto. Saluto domos fratrū meorū cū uxoribus & filijs  
sed & uirgines & uīduas. Incolumes estote in uirtute  
dei patris. Salutat uos Philon cōdiaconus, qui est me  
cum. Saluto domū Graniæ, quā opto firmari fide, &  
deuotione carnali & spirituali. Saluto Alcem desyde-  
rabile nomen mihi, & Daphniū spiritualē & bonū fi-  
liū, & oēs nominatim incolumes estote in gratia dei,  
& domini nostri Iesu Christi, repleti spiritu sancto, &  
sapientia sancta atq; diuina. Amen.

## AD POLYCARPV M EPISCOPVM

Smyrnensiū de illuminatis. Epist. V I I.



Gnatius episcopus Antiochiae, qui &  
testis Iesu Christi, Polycarpo episcopo  
Smyrnensium. Suscipiens autem tuā sen-  
tētiā tanquā supra immobile petram  
fundatā, quoniā desydero promereri fa-  
ciem tuam immaculatā, quā acquisiui in domino, ro-  
go te in gratia dei qua inductus es, adiicere ad cur-  
sum tuū, et rogar e omnes ut saluentur in Christo. De-  
fende

fende locum tuū in omni diligentia. unitatis curā ha-  
beto, qua nihil melius est. Omnes baula, quo modo  
et te Christus. Omnes suffer in dilectione, orationi-  
bus indesinenter uaca, ampliorem prudentiam quam  
habes postula uigila inobdormibilem spiritum possi-  
dens, secundū adiutoriū dei loquere, omniū infirmita-  
tes porta, ut perfectus athleta, quomodo et dominus  
omniū. Ipse em̄, inquit, infirmitates nostras portauit,  
et languores nostros abstulit. ubi enim magnus fue-  
rit labor, ibi etiā maius lucrū est. Si bonos discipulos  
amaueris, non est tibi gratia, magis autē pestiferos  
subiuga in mansuetudinem. Non omne enim uulnus  
uno emplastro curatur. acredines atq; uehementias  
embrocha cōpesce. Astutus esto ut serpēs, et simplex  
ut columba. propterea enim ex anima et corpore car-  
naliter et spiritualiter extas, ut omnia quæ tibi osten-  
sa fuerint in facie corrigas, quæ autem tibi inuisibilia  
fuerint, pete ut tibi manifestentur, ut tibi nihil restet,  
sed totius gratiæ abundās sis. Tempus depositit, te tā  
quā gubernatorem prosperū petere, et sicut nauī peri-  
clitanti portū aptum ad salutē requirere. Sic et te dei  
athletam præsta, ut uestem incorruptiōis et uitā xeter-  
nam percipiās, pro qua et tu confidis in omnibus. pro  
anima tua ego efficiar, et uincula mea quæ dilexisti.  
Qui se arbitrantur fide dignos esse, et aliter docēt, nō  
te circūueniant. sed sta firmus sicut incus quæ percuti-  
tur. Magni enim athletæ est uapulare, et uincere. ma-

Embrochafso  
mentū est &  
infusio, medic  
cīnxe uocabo  
lum

xime autem pro deo omnia oportet nos sustinere, ut ipse sustineat nos in regno. Plurimum adde ad festinationem, continanter curre, tpa cognosce, ut in ipsis semper vincas. hic est enim stadium, illic corona expectat Christum filium dei. intempore, intempore, inuisibilis natura, uisibilem in carne. impalpabile & intactum, ut corporeum uero propter nos, & contrectabile. impassibile ut deum, passibile uero propter nos in hominem. Amen.

AD ANTIOCHENSES EX PHILIP  
pis. Epistola VIII.

Antiochia ci-  
tatis Syriæ,



Gnatius qui & Theophorus, ecclesie Antiocheni misericordiam a Christo consecutae, habitanti in Syria (quæ prima Christi cognomina accepit) quæ est in Antiochia, in deo patre & domino Iesu Christo salute. Leuia mihi & inonerosa fecit dominus uincula, cum didicisset pacificos uos esse, & in omni concordia carnali & spirituali uos transigere. Rogo igitur uos, ego uinctus in domino, digne ambulare in ea uocatione qua uocati estis, custodientes uos ab introeuntibus heresisibus malignis, ad seductionem & perditionem consentientium eis. intendere autem apostolorum doctrinam, et legi atque prophetis credere omniumque Iudeorum aut Paganorum errorem abscire. & neque deorum multitudinem admittere, neque Christum ad excusationem unius dei negare. Moses fidei famulo dei ad populum dicente, Dominus deus tuus deus unus

unus est. & unū atq̄ solū prædicans deum, confessus  
est statim etiā dominū nostrū dicens, Pluit dominus  
super Sodomā et Gomorram ignē et sulphur a domi-  
no de cœlo. Et iterū. Et dixit deus, faciamus hominē  
ad imaginem & similitudinē nostrā. Et rursum. Et fe-  
cit deus hominē, ad imaginē dei fecit illum. & paulo  
post. Ad imaginem dei fecit hominē. Et quia nascitu-  
rus erat homo, sic ait, Prophetam suscitabit uobis do-  
minus deus uester sicut me. Nam & prophetæ ex per-  
sona dei dixerunt. ego deus primus, & ego post hæc  
& præter me non est deus. Hoc aut̄ de patre omnium  
dixerunt. De domino nostro Iesu Christo, rursum p-  
phetæ proclamauerunt dicentes. Ecce puer natus est  
nobis, & filius datus est nobis, cuius initium est desu-  
per, & uocabitur, inquit, nomen eius magni cōsiliij  
angelus, admirabilis consiliarius, deus fortis, potesta-  
tem habens, princeps pacis. Nam & de incarnatione  
eius ex uirgine dicunt. Ecce uirgo concipiet in utero  
et pariet filiū, & uocabitur nomē eius emmanuel. Et de  
passione eius nihilominus adiecerunt dicentes. Sicut  
quis ad occisionem ductus est, et sicut agnus coram  
tondere sine uoce. Et iterum ipse de seipso referēs di-  
cit, Ego autem sicut agnus innocēs ductus sum ad im-  
molandū. Nam euangelistæ unū solū uerum deum es-  
se patrem asserentes, etiā ea quæ ad dominū nostrum  
Iesum Christū pertinent non prætermiserunt, sed po-  
tius exacte scripserunt, dicentes. In principio erat uer-

H in bum

bum, & uerbum erat apud deū, & deus erat uerbum  
hoc erat in principio apud deū. oīa p ipsum facta sunt  
& sine ipso factū est nihil. Sed & de incarnatione eiō  
subiunxerunt dicentes. Et uerbū caro factū est, & ha  
bitauit in nobis. Et iterum. Liber(inquiunt) generati  
onis Iesu Christi, filij David, filij Abraham. Aposto  
li quoq; Christi asserentes, quia deus unus est, adiece  
runt dicentes. unus deus, unus & mediator dei & ho  
minum. Et de incarnatione eius ac passione eius non  
erubuerunt, sed potius fiducialiter subiunxerunt di  
cētes. Homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum p  
seculi uita. Omnis ergo qui unum deū annūciat, inter  
cipit autem Christi diuinitatē, filius est diaboli, & ini  
micus omnis iustitiae. Qui autē non confitetur Chri  
stū, filiū eius esse qui fecit mundum, sed alterius cuius  
dam incogniti, præter eum quē prædicat lex & pro  
phetæ, hic organū est ipsius diaboli. Quicūq; autem  
incarnationem Christi recusat, & crucem eius erube  
scit propter quam ego uinctus sum, hic est Antichri  
stus. Quicūq; uero purum hominē dicit esse Christū  
maledictus est secundū dictum prophetæ, non in de  
um fidens sed in hominē tantū. propterea et infructu  
osus est, quēadmodū Tamariscus quæ est indeerto.  
Hæc scribo uobis cūsim Christi nouella oīuæ, non  
ignorās uostaliter sapere, sed p custodio uos sicut pa  
ter filios suos. uidete ergo malignos operarios, inimí  
cos crucis Christi, quorum finis interitus, quorū de  
us uen

Tamariscus  
tamaryx &  
mirica eadē  
dicitur.

us uenter est, quorum gloria in confusione eorum. uidete canes rabidos, serpentes super pectus repentes. dracones squamosos & aspides, basiliscos & scorpiones.

Hi enim sunt thoes, uulpes & simiae, humana imitantes. Pauli & Petri, sancti estis discipuli. nolite perdere de-  
positum, quod uobis commendauerunt. Mementote digni-  
tatis beatissimi Enodij pastoris uestris, qui primus uo-  
bis ab apostolis antistes ordinatus est. non confunda-  
mus patrem, sed efficiamur certi filij, & non adulteri-  
ni. Scitis qualiter conuersatus sum inter uos. Quia er-  
go praesens dicebam uobis, haec nunc & absens scribo  
uobis. Si quis non diligit dominum Iesum, sit anathe-  
ma. Imitatores mei estote, pro animabus uestris ego  
efficiar quando Christum meruero adipisci. memento  
te uinculorum meorum. Presbyteri pascite gregem qui  
in uobis commissus est, donec ostendat deus eum, qui  
futurus est in uobis rector. Ego autem nunc festino, ut  
Christum lucifaciam. Diaconi agnoscant cuius sint  
dignitatis, & studeant esse inculpabiles, ut sint Chri-  
sti imitatores. populus subditus sit presbyteris & dia-  
conis. uirgines agnoscant cui se consecraverunt. Viri di-  
ligent uixores, memores quia una uni in principio cre-  
aturae, datae sunt in possessione. Mulieres honorificet  
uiros suos sicut carnem suam, & non audeant proprio no-  
mine eos uocare. Sciant autem solos uiros suos comparares  
esse, quibus & coiunctae sunt secundum ordinationem dei.  
Paretes erudite filios eruditioe sancta, filii honorate  
paretes

Thoes gen-  
lupi, habentes  
corpis mutas  
hyeme hirtas  
& testate aus-  
dum.


Id de uiro &  
muliere nota  
dum.

parentes, ut bene sit uobis, & sitis longæui super terram  
 Domini nolite superbe seruis uti, imitantes patiētissimum  
 Iob dicente. Si praeue iudicauit seruum aut ancillam meam  
 iudicer ego ab eis. Quid enim faciam si interrogatione fe-  
 cerit dominus de me? & cetera quae sequuntur bene no-  
 stis. Serui nolite ad iracundiam in aliquo provocare do-  
 minos, ne forte aliqui male faciant uobis & uos ipsi uo-  
 bis eritis rei. Nemo ociosus māducet, ne uagus & for-  
 nicarius efficiatur. Ebrietas, iracundia, inuidia, malilo-  
 quiū, clamor, blasphemia, non nominentur in uobis.  
 Viduæ non in delicijs agant, ne per luxuriam abiijciant  
 uerbum. Cæsari subditi estote in ihs, in quibus sine peri-  
 culo est ipsa subiectio. Principes nolite exasperare, ne  
 detis occasiones aduersum uos querentibus eas. de ma-  
 leficijs aut & ueneficijs uel homicidio, ex abundati est  
 scribere uobiscum, quoniam haec etiam in gentibus abomina-  
 bile sit agere. Haec aut non sicut apostolus præcipio,  
 sed sicut uester cōseruā cōmemorās uobis. Saluto san-  
 ctum presbyterum uestrum. Saluto sanctos diaconos,

Et desydera & desiderabile mihi nomine eius, quem reseruaui post me  
 blemihi nol- in spiritu sancto, cum Christum meruero adipisci, pro cu-  
 men eius, id ppter san- ius anima ego efficiar. Saluto subdiaconos, lectores,  
 id Hierone diaconum ad/ cantores, ostiarios, laborates, exorcistas atque confesso-  
 lectum est. res. Saluto custodes sanctorum portarum, diaconissas que  
 sunt in Christo. Saluto susceptrices Christi uirgines,  
 quae ego nutriui in domino Iesu. Saluto pudicissimas  
 uirgines. Saluto plebem domini a minimo usque ad maxi-  
 mum

mū, & oēs sorores meas in dño. Saluto Cassianū ho-  
spitem meū, & cōiugem eius, & amabiles natos eius.  
Salutat uos Polycarpus, digne decētissimus episcop⁹  
qui & curā uestri gerit, cui & cōmendaui uos in dño  
& omnis ecclesia Smyrnensiū, memor est uestri in ora-  
tione apud deū. Salutat uos Onesymus Ephesiorum  
pastor. Salutat uos Damas Magnesiæ episcopus. Sa-  
lutat uos Polybius Trallianorū antistes. Salutat uos  
Philon & Agathopus diaconi, qui me sequuntur. Sa-  
lute inuicem in osculo sancto. Hæc aut̄ a Philippis  
scribo uobis. in columnes uos ille qui est solus ingenius,  
per illū qui ante sœcula natus est, spiritu & carne  
custodiat. et uideam uos in Christi regno. Saluto eū  
qui pro me futurus est princeps uester, quem et acqui-  
siui in Christo. In columnes estote deo et Christo, illu-  
minati spiritu sancto. Amen.

AD HERONEM ECCLESIAE ANTI-  
ochenæ diaconū, quem ei dominus ostendit sessurū  
in sede ipsius, ex Philippis. Epist. ix.



Gnatius qui et Theophorus, deo  
honorabili, desyderabili, pudico,  
Christifero, spiritifero, in fide et di-  
lectione Heroni diacono Christi  
mistro dei, gratia et misericordia  
et pax ab omnipotēte deo, et Chri-  
sto Iesu domino nostro unigenito filio eius, qui de-  
dit

dit semet ipsum pro peccatis nostris, ut redimeret nos  
de hoc præsentí seculo in ligno, et saluos faceret in te-  
gno suo cœlesti. Rogo te in domino, ad ijs cere ad cursū  
tuum, defendere dignitatem tuam, cōcordiæ quæ est  
ad sanctos curam gerere. Infirmiores suffer, ut adim-  
pleas legem Christi, ieiunij et orationibus uaca, sed  
non ultra mensuram, ne te ipsum deſcias. Vino et car-  
nibus non ex toto abstineas, nō enim ex toto sunt ab  
hominabiles. Bona, inquit, terræ comedetis, et carnes  
ut olera manducabitis. Sed et uinū lætificat cor homi-  
nis, et oleum exhilarat, et panis confirmat, sed et men-  
surate et ordinate, tanquā deo cōcedente. Quis enim  
manducat aut quis bībit præter eum? Quoniam quic-  
quid bonū est, eius est. & quicquid optimū, est ipsius  
Lectioni intende, ut non solus ipse scias leges, sed eti-  
am alijs eas expone, ut dei athleta. Nemo militans  
Christo implicat se negotiis secularibus, ut placeat ei  
cui se p̄bauit. Sed nec uir athleta coronabitur, nisi le-  
gitime certauerit. Pro anima tua ego uinctus sum.  
Omnis igitur qui dixerit præter illa quæ tradita sunt  
tametsi fide dignns sit, tametsi ieiunet, tametsi uirgini-  
tatem seruet, tametsi signa faciat, tametsi prophetet, lu-  
pus tibi appareat in grege ouiū corruptionē operans.  
Si quis crucē negauerit, & passionē erubuerit, sit tibi  
tanquā aduersarius. tametsi substantiam suā pauperi-  
bus distribuat, tametsi montes transferat, tametsi cor-  
pus suū cōbustionī tradat, sit tibi execrabilis et abo-  
minia

minabilis. Si quis infalsauerit legē et prophetas quos  
Chrīstus præsens adimpleuit, sit tibi tāquā Antichri-  
stus. Si quis hominē tantū dixerit dominum, Iudæus  
est Christi interfector. Vīduas honora, quæ uere ui-  
duæ sunt. pupillos tuere, deus est enim pater pupillo-  
rum, et iudex uīduarum. Sine episcopis nihil agas, sa-  
cerdotes enim sunt, tu uero minister sacerdotum. Illi  
enim baptisant, sacerdotium agunt, ordinant, manus  
imponunt, tu uero eis ministras sicut sanctus Stepha-  
nus Iacobo, et cæteris psbyteris in Hierosolymis. Co-  
gregationē nolí negligere, nominatim omnes requi-  
rē. Nemo adolescentiam tuam contemnat, sed forma  
estō fidelium in uerbo & conuersatione. domesticos  
ne confundas, cōmuniſ est enim nobis & ipsiſ natu-  
ra. Mulieres nolí execrari, ipſæ enim pariunt & nutri-  
unt. diligi ergo oportet eas generationis causa tantū  
in domino, quia sine muliere uir omnino generare nō  
potest. honorare ergo eas oportet ut cooperariās ge-  
ratōis, quia neq; uir sine muliere, neq; mulier sine ui-  
ro aliquando originem sortiri poterit, nisi in soliſ illiſ  
protoplastiſ. quia corpus Adæ ex quatuor elemētiſ  
est factum, Euā uero delatere Adæ, gloriosum uero  
habitaculum domini de sola uirgine. Execrabilis qui  
dem uidetur legitima cōmixtio, sed deo condecens ē  
ipſius generatio. decebat enim opificem non secundū  
humanam cōsuetudinē natuitate uti, sed gloriōſe &  
nouę, ut decebat nasci factorem. Superbiām fuge Su-  
perbiām fuge Su-

I iij perbis

perbis enim deus resistit. falsiloquium execrare, perdes enim omnes, inquit, qui loquuntur mendacium. Inuidiam caue, author enim eius est diabolus, & successor ipsius Cain, fratri inuidens, & de inuidia homicidium perpetrans. Sorores meas mone deū diligere & solis uiris suis sufficere debere. Siſ fratres meos mo ne suis cōiugib⁹ sufficere debere. uirgines custodi tanquā Christi sacramenta. Longanimis esto, ut mul tus sis prudentia. Pauperibus secundum quod habueris, benefacere ne neglexeris. Eleemosyna enim & fide purgantur peccata. Te ipsum castum custodi, tanquā dei habitaculum. Templum Christi constitutus & organum spiritus sancti existēs, scito quomodo te enutrierim. Etsi minimus quidem sum, æmulator meus esto, & imitare conuersationem meā, nō enim gloriā in mundo, sed in domino. Heronem filium meū moneo, ut qui gloriatur in domino glorietur, cuius & memini filij desiderabilis, cui custos fiat ille ingenitus deus & dominus Iesus Christus. Noli omnibus credere, neq; de oībus p̄sumere, ne quis te subintret. multi enim ministri sunt satanæ. & qui cito credit, leuis est corde. Memento dei, & nunquā peccabis. Noli esse duplex animo in oratione tua, beatus est enim qui nō dubitauerit. Credo ergo in patrem domini nostri Iesu Christi, & in unigenitum filiū eius, quia ostēdit mihi Heronē in sede mea. Ergo adde ad cursum tuū. Præcipio tibi coram deo, qui est super omnia, & corā Chri

Christo præsente & spiritu sancto, & coram ministrâ tibus legionibus, custodi depositum meū, quod ego & dominus Christus cōmendauius tibi. Et ne iñdignum te iudicaueris eorum quæ ostēsa sunt mihi de te a domino. Cōmendo ergo tibi ecclesiā Antiochē, siū. Cōmendaui uos Polycarpo in domino Iesu Chri sto. Salutant te episcopī Onesymus, Vítus, Damas, Polybius, & omnes a Philippis, unde scripsi tibi. Sa luta deo decentes presbyteros. Saluta sanctos condíaconos tuos, quos ego enutriui in domino, in carne & spiritu. Saluta populum domini a minimo usq; ad maximum secundum omnia quæ tibi commendo, si cut Moses Iesu duci exercitus. Etnō tibi uideatur one rosum, quod dictum est de te, & si tales non sumus q̄ Ies illi fuerunt, sed tamen oramus ut tales simus, quia filij Abrahæ sumus. Confortare ergo Heropotenter & age uiriliter. Tu enim introduces & educes ex hoc nūc populum domini qui est in Antiochia, & nō erit synagoga domini sicut oues non habentes pastorem. Saluta Cassianum hospitem meū, & illā pudicissimā eius coniugem, & dilectissimos filios eorum, quibus det deus inuenire misericordiam apud deū in illa die ministrationis quæ est ad nos. quos & commendo ti bi in Christo. Saluta eos qui sunt in Laodicia fideles omnes, secundum nomina in Christo. Eos qui sunt in Tharso nolinegigere, sed assidue eis intende, confir mans eos in euāgelio. Marium episcopum qui est in

I iiij Nea

Neapolí secus Zarbo, saluto in domino. Intende etiā pudicissimæ Mariæ filiæ meæ, quæ est abūde doctissima. & ei quæ in domo eius, ecclesiæ, quæ facta est mihi pro anima mea exemplū piissimarū mulierum. Sanum te & in omniib⁹ probabilem, pater Christi & tuo longiore per ipsum unigenitū tuum custodiat, ad utilitatem ecclesiæ. Incolumis in domino ora pro me, ut consumem. Amen.

AD EPHESIOS DE VNITATE  
ex Smyrna. Epist. X.



Gnatius q & Theophorus, benedictæ magnitudine repletæ dei patris, & pre destinatæ ante secula, ut sit semp in singulari gloria inconuertibilis, & adunata, & electa in passione uera, in uoluntate dei patris & domini nostri Iesu Christi saluatoris, ecclesiæ beatitudine dignæ, q̄ est Ephesi in Asia plurimā in Christo Iesu & in maculato gaudio salutē. Suscepī uestrū in dño multū desyderabile nomen, quod possidetis natura. iusta secundū fidem & dilectionē in Christo Iesu saluatore nostro. cū sitis imitatores humanitatis dei, ut uiuificati in sanguine Christi, regeneratiōis charitatis geminū opus cōfīmate, audiētes me de Syria uinctū pro Christo, spe cōmuni cōfidentem orationibus uestris, ut merear Romæ bestijs dicicare. ut per martyrium possim discipulus eius esse, quif

qui pro nobis seipsum obtulit deo hostiam & oblati  
onē, in odorem bonę suavitatis. Quoniā ergo suscep-  
ti multitudinē in nomīne domini Christi in Onesymo  
dilecto scriptore nostro, uestro aut episcopo, obsecro  
eū secundū Iesum Christū diligere uos. & uos om̄es  
in cōcordia eius in ipso esse. Benedictus em̄ deus, qui  
uobis talibus talem episcopū donauit habere in Chri-  
sto. pro conseruo nostro aut Burro, secundū deū dia-  
cono uestro, & in om̄ibus benedicto deprecor pma-  
nere eū inmaculatū in honore ecclesiae, & beatissimi  
episcopi uestri. Crocus uero deo dignus, quē tāq̄ ex  
emplar dilectionis uestræ suscepī, in om̄ibus me refe-  
cit, & catenā meā non erubuit, simul cum Honesiphō  
ro & Burro, & Euplo, & Phrontone, quib̄ refrigeret  
pater dñi nostri Iesu Christi. per quē uos om̄es in dilec-  
tione habui. Acquisiui uos in omnibus, si quidē di-  
gnus fuero dignū est em̄ oibus modis uos glorifica-  
re Iesum Christū, qui uos glorificauit, ut in una pfecti  
one pfecti sitis, in eodē sensu, & in eadem sentētia. ut  
idipsum dicatis oēs de eo ipso, ut subiecti episcopo &  
presbyteris secundū om̄ias sanctificati. Nō prēcipio uo-  
bis, q̄si aliq̄ sim. Et si quidem uinctus sum pro nomī-  
ne Iesu Christi, tamen nec dum consummaui. Nunc  
enim initium habeo eruditionis, & alloquor uos tan-  
quam conseruos. Me autem oportebat a uobis com-  
moneri fide, monitione, patientia, longanimitate,  
quoniā dilectio non permittit me tacere de uobis.

Propter

Propterea præueni rogarí uos, ut concurratís disposi-  
tioni dei, quia & Iesus Christus omnia secundū dispo-  
sitionē patris agit. sicut & ipse in quodam loco dicit.  
Ego quæ placita sunt ei facio semp. Ergo & nos opor-  
tet secundum dispositionem dei uiuere in Christo, et  
æmulari secundum quod Paulus ait. Imitatores mei  
estote, sicut & ego Christi. Vnde & uos decet disposi-  
tionem pastorū sequi, qui secundum deū uos pascunt  
quod etiam ipsi facitis sapienter a spiritu sancto instru-  
eti. Illud ergo digne nominandū, et deo dignū pres-  
byterium, ita coaptatū sit episcopo, quomodo chor-  
dæ in cithara colligatæ. ita et ipsi in cōcordia et cōso-  
na dilectione, cuius dux et custos est Iesus Christus  
Et qui sunt sigillatim omnes unus chorus fiant, ut cō-  
sonantes facti in unitate, coniunctionem domini in si-  
millitudinē morū recipientes. in unitate unū effecti cō-  
sensu, deo patri & dilectissimo filio eius Iesu Christo  
domino nostro, secundū quod ipse patrem rogans di-  
cit. Da illis pater sancte, ut sicut ego & tu unum sum⁹  
ita & hi in nobis unū sint. Utile est enim uos sine ma-  
culā in unitate coniunctos deo imitatores esse Chri-  
sti, cuius et membra estis. Si ego in paruo tempore ta-  
lem consuetudinem habui circa episcopū uestrū, que  
non humana sed spiritualis fuit, quanto magis uos be-  
atifico qui pendetis ad eū, quo modo ecclesia ad do-  
minus Iesum, & ipse dominus ad deum patrem suū,  
ut in unitate omnia sibi consonantia sint. nemo ober-  
ret.

ret. Si quis non fuerit intra altare, fraudabitur pane dei. Si enim unius aut duorum oratio tantā habet uirtutem, ut Christus in eis consistat, quanto magis sacerdotis & sancti populi supplicatio cōsonanter ascensio ad deum, persuadet præstare eis omnes petitio-nes in Christo. Qui ergo a talibus separatur, & nō cōuenerit in congregatione sacrificiorum ecclesiæ pri-mogenitorum descriptorum in cœlo, lupus est in grege ouium, mansuetam demonstrans figuram. Festina te ergo dilectissimi, subditi esse episcopo, & presbyteris, & diaconis. Qui enim istis subditus fuerit, Christo obedit, qui eis hoc concessit. Qui uero eis non cōsenserit, Iesu Christo non cōsentit. Qui autem filio nō consenserit, non uidebit uitam, sed ira dei manebit super eum. huiusmodi ergo temerarius & horribilis & superbus, qui non est subditus potioribus. Superbis enim, inquit, deus resistit, humilibus autem dat gratiam. Et iterum, Superbi inique gesserunt usquequaq;. Dicit etiam dominus sacerdotibus. Qui em̄ uos audit, me audit, & qui me audierit, audiet illum qui me misit. & qui uos spernit, me spernit, & qui me spernit, spernit eum qui me misit. Quando enim uidetis tace-re episcopum, plus eum timete. Omnem itaq; quem mittit paterfamilias p sua dispensatione, sic nos oportet suscipere, quemadmodum ipsum qui mittit. Ergo episcopum manifeste sicut ipsum dominū oportet cōtemplari, domino assistentem, prospectorem enim ue-

K rum

rum, & acutum in operibus suis, regibus oportet assi-  
stere, & non assistere hominibus infirmis. Ipse enim  
Honesimus laudat uestram dispensationem, quia om-  
nes secundum deum uiuitis, & quia nulla hæresis in-  
ter uos habitat, sed nec obeditis alicui, nisi Iesu chri-  
sto uero pastori, & doctori. & estis quemadmodum  
Paulus uobis scripsit, unum corpus & unus sp̄iritus,  
quoniam in una spe fidei conclusi estis. unus enim do-  
minus, una fides, unum baptisma, unus deus & pater  
omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omni-  
bus. uos ergo estote tales, qui a tali eruditii estis, hoc  
est a Paulo Christifero & Timotheo. Quidam autē  
fallaces consueuerunt dolo maligno nomen Christi  
circumportare. Sed aliquanta indigna deo agētes, &  
contra doctrinam Christi sapientes, ad interitum su-  
um sibi metiōsis consentiunt, quos oportet uos tanq̄  
bestias declinare. Iustus, inquit, declinans, euadet in-  
teritum. extraneus etenim atq; alienus erit ab impio-  
orum perditione. Sunt igitur canes muti, non ualen-  
tes latrare, rabidi occulte. quos obseruare oportet, in  
sanabilem languorem habentes. Medicus autem no-  
ster est solus uerus deus ingenitus, & inuisibilis do-  
minus omnium, unigeniti pater & genitor. Habem⁹  
autem medicum etiam dominum nostrū Iesum chri-  
stum, ante secula filium unigenitū, & in principio uer-  
bum, postea uero & hominem ex Maria uirgine. uer-  
bum enim inquit, caro factum est. Incorporalis in cor-  
pore

pore, impassibilis in corpore passibili, immortalis in corpore mortali. uita in corruptione, ut de corruptione et morte liberet animas nostras, et sanet eas infusas morbo impietatis et iniquis desideriis. Nullus ergo uestrum seducatur, quod et de uobis confido. homines etenim estis. Quando etenim nihil in uobis fuerit, quod uos potuerit coinqinare & tormentum superinducere, secundum deum uiuetis, et erit Christi subiectio uestra, et ecclesiae Ephesiorum quae est auxiliatrix, et multum amabilis. Carnales enim spiritualia non possunt agere, neque spirituales carnalia. sicut nec fides, ea quae sunt infidelitatis. neque infidelitas, ea que sunt fidei. Vos ergo repleti spiritu sancto, nihil carnale, sed omnia spiritualia agite. unusquisque uestrum perfectus sit in Christo Iesu, qui est saluator omnium hominum, maxime fidelium. Agnoui enim aliquos ex uobis a via ueritatis discedentes, malam doctrinam habere alieni & nequissimi spiritus. Quibus non tribuisti secus viam seminare zizania, obturantes aures ad non suscipiendum errorem, qui ab ipsis est praedicatus, scientes quia huiusmodi spiritus est erroris, non ea quae sunt Christi, sed sua loquens, falsiloquus enim est. Sanctus autem spiritus non sua propria loquitur, sed ea quae sunt Christi. neque Christus sua nunciat. Sermo, inquit, quem audistis non meus, sed eius qui me misit. de spiritu sancto dicit. Non enim loquetur a se, sed quaecunque audierit a me. De se autem patri. Ego

K iij te glo

te glorificaui sup terrā, opus perfeci quod dedisti mihi ut facerē, manifestauī nomen tuū hominibus. De spiritu sancto ait. Ille me glorificabit sup terram, qui de meo accipiet, & annūciabit uobis. Ergo uterq; eo rū ipsum glorificat, a quo et accepit quod faceret, et ipsum prædicat, atq; eius uerba pronunciat. Erroris autem spiritus seipsum prædicat, sua prophetia dices. sibi placens etenim est, & seipsum glorificat. acerbus nāq; est plenus existens falsiloquio, seductor, lubricus, superbus, arrogans, uerbosus, dissonus, immensuratus, nigriformis, tumidus. De cuius operationibus libera rauit nos Iesus Christus, fundans nos sup petrā tāq; lapides electos (qui apti sunt ad ædificium dei patris eleuati in altū a Christo, qui p nobis crucifixus est) confortatos spiritu sancto in fide introductos, in spe & dilectione eleuatos a terra in cœlū, ambulātes immaculate. Beati enim immaculati in uia, qui ambulant in lege dñi. Via enim sine errore est Iesus christus, sicut ipse ait, Ego sum uia, ueritas & uita. deducit autē hæc uia ad patrem. Nemo enim, inquit, ueniet ad patrem, nisi per me. Beati ergo estis uos deiferi, Christiferi, spiritiferi, sanctiferi, templiferi, in omnibus ornati in mandatis Iesu Christi, regnū sacerdotale, gens sancta, populous in acquisitionē. In quibus exultas, dignus es etus sum p quos scribo, alloquis sanctos q; sunt Ephesi fideles in Christo Iesu. Gaudeo enim in uobis, quia uanitati non intenditis, neq; ea quæ secundū carnem sunt

sunt diligitis, sed ea quæ secundū deū sunt. Sed pali-  
is hominibus orate in desinenter. Est enim in illis spes  
ut deū mereantur ad ipsici. Nunquid qui cadit, inquit  
Hieremias, non adiūciet ut resurgat, aut qui auertitur  
non conuertetur? Conuertimini ergo ad doctrinam,  
estote ministri dei, & os Christi. dicit em̄ deus. Si ad  
duxeritis pretiosum ab indigno, os meū eritis. Esto  
te ergo ad iracundias eorū humiles, renunciate blas-  
phemij eorū. uos uero orationi instate. illis erranti-  
bus, uos stabiles estote, radicati in fide. Vincite eorū  
ferocem cōsuetudinē per uestrā mansuetudinē, & ira-  
cundiā per lenitatē. Beati enim, inquit, mites. Nam &  
Moses mansuetus supra oēs fuit, & David mitis ual-  
de propter quod Paulus monet dicens. Seruū autem  
domini nō oportet litigare, sed mitem esse ad oēs, do-  
cibile, patientem, cū omni modestia corripiētē eos  
qui resistunt ueritati. Nolite festinare, ulcisci uolētes  
uos. Si reddidi, retribuentibus mihi mala, fratres eos  
faciamus per mansuetudinē. dicite itaq; his qui ope-  
runt uos, fratres nostri estis, ut nomen dñi glorificet.  
Imitemur scilicet dominū, qui cū malediceretur non  
maledicebat, cū pateretur non cōminabatur, cum cru-  
cifigeretur non contradicebat, sed p inimicis suis ora-  
bat dicens. Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faci-  
unt. Cui plus nocetur, ampliora sustineat. Beatus qui  
abiectus & reprobatus fuerit propter nomen domini  
ipse etenim uer⁹ est Christi. Videte ne herba diabo-

K iij li in

li inueniatur in uobis, amara etenim est & falsa. Ergo  
sobrii estote, & casti in Christo Iesu. iam enim nouis-  
sima tempora sunt. Reuereamur & timeamus logani-  
mitatem dei, & non simus diuitiarum aut utilitatium rerum  
appetitores. Futuram iracundiā plus timeamus, quā p-  
sentē gratiā diligamus. Præsens enim gratia est ut in-  
ueniamur in Christo Iesu, & in ueritate uiuamus. Ex-  
tra hoc autem, nec respirare oportet aliquem. Hæc est enim  
spes mea, hæc exultatio, hæc denique indeficientes di-  
uinitas. In quo & vincula mea a Syria Romam usque sus-  
fero, spirituales margaritas. in quibus mihi contin-  
gat consummari orationibus uestris. participem pas-  
sionum Christi, cōmūnē & mortis eius fieri, & a mor-  
tuis resurrectionis & uitæ æternæ, quā mihi contingat  
p̄cipere, ut in sorte Ephesiorum christianorum inueniar.  
Qui & cū apostolis semper cōuersati sunt in uirtute Ie-  
su Christi, Paulo, Iohanne, & Timotheo fidelissimo.  
Scio qui sunt, & quibus scribo. Ego itaque minime sum  
& supplex sub periculis & iudicij & longe constitutus,  
uos uero consecuti estis misericordiam, firmi in  
Christo. Traditus sum autem propter deum generi interfe-  
ctorum, a sanguine Abel iusti ad sanguinem Ignatij mi-  
nimi. Pauli enim sancti estis cōministri, & testimonium  
cōsummatis eius, qui est uas electionis. Sub uestigia  
eius merear inueniri, & cæterorum sanctorum, quoniam le-  
sum Christum meruero adipisci. qui semper insuis orati-  
nibus memor sit uestri. Festinate ergo frequenter ac-  
cede

cedere ad eucharistiā & gloriā dei. Quando enim as-  
sidue hoc ipsum agitur, expelluntur potestates Sata-  
næ, qui actus suos cōuertit in sagittas ignitas ad pec-  
catū. uestra aut̄ cōcordia & cōsonans fides, ipsius est  
interitus, & cōsentaneis eius tormentū. Nihil em̄ me  
lius est quā pacē habere, in qua oē telū euacuatur, ae-  
riorū & terrestriū spirituū. Non est nobis colluctatio  
aduersus carnē & sanguinē, sed aduersus principatū  
& potestates, aduersus mūdi rectores tenebrarū ha-  
rū, aduersus spiritualia nequitiae in cœlestibus. Ergo  
nolite uos uulnerare in aliqua cōtagione diaboli, si-  
cuti & Paulus dicit, habentes in Christū fidē et dilec-  
tionē, quæ est principiū uitæ et finis. Principiū qui-  
dē uitæ est fides, finis uero eius est dilectio. Ambæ ue-  
ro simul iūctæ in unitate factæ, hominē dei pficiunt.  
Sed & reliqua oīa, quæ in beniuolētia sequuntur, con-  
summant. Nemo em̄ fidē annūcians debet peccare, ne  
q̄ dilectionē possidēs, debet frātrē suū odire. Qui em̄  
dixit, Diliges dñm deum tuū ex toto corde tuo, ipse  
ite& ait, & pximū tuū sicut te ipsum. Qui em̄ annun-  
ciant esse Christū, non ex his quæ dicunt tantūmodo,  
sed ex ijs quæ agunt agnoscūtur. Ex fructu em̄ arbor  
cognoscitur. Melius est eū igitur tacere & esse, q̄ dice-  
re & nō esse. q̄a nō in uerbo est regnū dei, sed in uirtu-  
te. Corde ei creditur ad iustitiā, oris aut̄ cōfessio fit ad  
salutē. Bonū est igit̄ docere, sed si fecerit ea q̄ dixerit,  
Qui docuerit & fecerit, hīc magn⁹ uocabitur ī regno  
coelorum.

Dominus autem noster & deus Iesus Christus, qui est filius dei unius, primo uidelicet fecit, & sic docuit, sicut testatur Lucas, cuius laus est in euangelio per eos ecclesiastis. Nihil enim latet dominum, sed etiam occulta nostra coram ipso sunt. Omnia ergo faciamus tamquam ipso in nobis habitante, ut simus eius templa, & ipse habitet in nobis, dominus itaque Christus in nobis loquatur, sicut & in Paulo spiritus sanctus, nos doceat quae sunt Christi respondere. Adiuncti illi, nolite errare fratres mei. & ne sitis masculorum concubitores, quia huiusmodi regnum dei non possidebunt. Qui enim habitacula corrumpunt, morti condemnabuntur. quoniam non magis qui Christi doctrinam dirumpere conantur, semperernam damnationem percipient, propter crucem & mortem, quam sustinuit dominus Iesus unigenitus dei filius. Cuius doctrinam quicunque deprauauerit, abiectus & pollutus in geennam projectetur. Similiter autem & omnis homo qui spernet quod a deo accepit, condemnabitur. Qui imperium pastore secutus fuerit, & falsam gloriam tamquam ueram suscepit, particeps Christi non esse poterit. Quae enim societas luci cum tenebris, aut Christo cum Belial, aut quae pars fidei cum infidei, aut templo dei cum idolis. Dico autem & ego, quae coicatio ueritati ad mendacium, aut quae societas iustitiae cum iniustitia, aut uerae gloria cum falsa gloria, propterea unguentum acceptum deus in capite ait ecclesia, ut fragret in corruptione. Vnguentum enim exinanitum nomen tuum, propterea adole

adolescentulæ dilexerūt te, attraxerūt te nari<sup>b</sup>, post  
te in odore ungentorū tuorū curremus. Nō ungatur  
quis fœtore huius seculi. sancta dei ecclesia nō capti-  
uetur ab astutia illius, sicut mulier prima Eva. Qua p-  
pter cū sim<sup>r</sup> rationabiles, nō efficiamur stulti. Quare  
plantationē quā a deo p Christū accepimus, non cu-  
stodimus, sed in iudiciū p ignorantia incidim<sup>r</sup>. igno-  
rantes gratiā quā accepimus, & nescientes perimus.  
quia Christi crux infidelibus quidē scandalū, fidelī-  
bus aut̄ salus & uita eterna. Vbi sapiēs, ubi scriba, ubi  
cōquisitor, ubi exultatio dictorū filius aut̄ dei (q an-  
te secula natus est, & oīa dispositione patris constitu-  
it) ipse in utero portatus est a Maria, secundū dei dispo-  
sitionē ex semine Dauid & spiritu sancto. Ecce em̄, in  
quit, uirgo in utero cōcipiet & pariet filiū, & uocabi-  
tur nomē eius Emanuel. Ipse em̄ baptisatus est a Ioā-  
ne, ut fidelē faceret ordinationē, quæ tradita est pphē-  
tis a deo. & latuit principē hui<sup>r</sup> seculi uirginitas Ma-  
riæ, & partus eius silē, & mors dñi. Tria mysteria cla-  
maui in silentio, dei em̄ opa nobis manifestata sunt.  
Stella in cœlo fulsit sup oēs, quæ ante ipsam erant. Et  
lux eius inextimabilis & noua, atq; pegrina apparu-  
it uidentibus ēā. Cætera uero sydera simul cū sole &  
luna, corusca facta sunt illi stellæ, illa uero supabat o-  
mnes splēdore suo. Et facta est perturbatio, undefuis-  
set illa nouitas, quæ apparuerat. hinc hæbetata est sa-  
pientia huius mundi, iniquitas & malitia extermina-

Stella salua/  
toris.

L ban

bantur, maleficia adnullabantur, magica deridebantur, tenebræ & ignorantiae dissipabantur, & tyranni principatus abolebantur, deo ut hoīe apparēte, & homine sicut deo operāte. Sed neq; primo gloria, neq; secundo puritas, sed illa ueritas & cōuersatio principiū accepit a deo. Perfecta oīa in illo cōstabat, propter qđ meditatus est mortis solutionē. State ergo fratres firmi in fide Iesu christi, & in dilectione eius, atq; resurrectione oīs in oībus emī iīs gratia. In eius noīe cōgregamini cōiter, in una fide dei patris, & Christi filii eius unigeniti & primogeniti totius creationis, secundū carnē quidē ex genere David eruditī a paradise, obediētes episcopo & p̄sbytero im̄puaricabili sensu. frangētes panē qui est medicamentū im̄ortalitatis antidotū nō moriendi sed uiuēdi p̄ Iesum christū in deo. catharticū expellēs malū sit in uobis. Pro aīab⁹ uestris ego efficiar, & eius quē misistis in honorē dñi ad Smyrnā, unde & scribo uobis, gratias agens dñō, diligēs Polycarpū, quō & uos. Memores estote mei, sicut & uestri Iesus christus, q̄ est benedict⁹ in secula. Orate p̄ ecclesia Antiochensiū, q̄ in Syria est, unde & uinctus ducor Romā. qsum ultimus illorū fidelium, unde sum ultimus ego, dignusq; effectus in honorē dei has sufferre catenas. Incolumes estote in deo patre & dño Iesu Christo, cōi spe in sp̄sancto. Amen.

De cōione  
panis uitæ.

AD RHOMANOS DE SMYRNA PER  
Ephesios. Epistola XI

Igna

Gnatius, qui & Theophorus, mi  
sericordia cōsecutæ in magnitudi  
ne dei altissimi patris Iesu Christi  
unigeniti eius filij, ecclesiæ sancti  
ficatæ & illuminatæ in uoluntate  
dei (qui fecit oīa quæ sunt secundū  
fidē & dilectionē Iesu christi dei & saluatoris nostri)  
quæ & præsidet in loco regionis Romanorū, deo di  
gnæ, eminentia dignæ, beatitudine dignæ, laude di  
gnæ, fide dignæ, fundatæ in dilectione & fide Chri  
sti paternū nomē habenti, spiritiferæ. quā & saluto in  
nomine domini omnipotentis, & Iesu christi filij ei⁹,  
qui est secundū carnē & spiritū, adunatis in mādatis  
eius, repletis gratiā dei inseparabiliter, & ablutis ab  
omni alieno colore, atq; īmaculatis, plurimā in deo pa  
tre & dño Iesu Christo salutē. Deprecās deū obtinui  
ut uidere merear dignos uultus uestros, sicut pluri  
mū optabā pmereri. uinctus em in Christo Iesu spe  
ro uos salutare, siquidem fuerit uoluntas illius qui di  
gnū me faciat usq; ī finē ppositū meū cōsummare. Il  
la uero principia bonæ cōuersationis sunt, si quidē p  
gratiā meruero sortem meam usq; ī finē sine impedī  
mento percipere. Tímeo enim dilectionē uestrā, ne ip  
sa melædat uobis enim facile est quod uultis facere,  
mīhi autē difficile deū prometi eri tamē potero si uos  
peperceritis mīhi, occasione amicitiæ carnalis. Nolo  
igitur homini placere, sed deo, sicuti & cōplacuistis.

L ii nec

nec enim ego habui aliquān̄ tale tēpus, ut deū pmeruis  
sem. Ergo si uos tacueritis de me, ego efficior dei. Si  
em̄ dilexeritis carnē meā, iterū forsitan absoluar. Mul-  
tū em̄ mihi p̄statis, si me offeratis deo, cū iā altare pa-  
ratū est, ut in dilectione chorus effecti cātetis deo pa-  
tri in Christo Iesu (qm̄ episcopū Syriæ dignū fecit de-  
us inueniri in occidente, ab oriēte præmittēs suā pas-  
sionē, martyrē bonū, pficiscentē de mundo ad deum)  
ut in ipso oriar. nūquā læsistis aliquē, alios docuistis.  
Ego aut̄ rogo, ut secūdū illa firma q̄ docti estis, ex oī  
uirtute optetis mihi ut nō solū dicar, sed etiā inueniar  
Christianus. Si aut̄ inuentus fuero, & dici possum. &  
tūc esse fidelis, qn̄ mundo nō cōparuero. nihil em̄ de  
his quæ uidentur, æternū est. Quæ em̄ uidentur, inq̄  
tpalia sunt, quæ aut̄ nō uidentur, æterna sunt, nō solū  
in ope, sed etiā in magnitudine. Christianitas enim ē  
quæ oditur a mūdo, amatur a Christo, quia nō est ab  
hoībus, sed a deo. Si em̄ essetis, inquit, de mūdo, mun-  
dus quod suū erat diligenter. nunc aut̄ quia nō estis de  
mundo, ppter ea odit uos mundus. sed ego elegi uos  
manete in me. Ego scribo omnibus ecclesijs, & oib̄  
mando, quia uoluntarie p̄ deo morior, si uos nō p̄pe  
dieritis. Rogo itaq̄ uos, ut nō frustra sit ī me dilectio  
uestra. Sinite me ut bestiarū esca sim, p̄ quam possum  
deū pmereri. Trīticū em̄ dei sum, dētibus bestiarum  
molar, ut possim panis dei mūdus inueniri. magis aut̄  
blādiamini bestijs, ut mihi sepulchrū sint, & nihil de  
meo.

meo corpore relinquent, ut nō obdormiēs grauis ali-  
cui inueniar. Nō sicut Petrus & Paulus præcipio no-  
bis, illi enim apostoli sunt Iesu Christi, ego autem mini-  
mus. illi uero liberū sunt serui dei, ego autem usq; nūc ser-  
uus. sed si passus fuero, libertus ero Iesu Christi, & re-  
surgam in eo liber. Nunc disce uinctus nihil mundi  
cōcupiscere, aut aliqd uanū. a Syria Romā usq; cū be-  
stījs depugno p terrā & mare, dīe ac nocte uinctus cū  
decē leopardis, hoc est cum militari custodia, qui ex  
beneficijs peiores fiunt. in iniustījs autem eoz magis  
edoceor, sed nec in hoc quidē iustificor. Utinā fruar Feruor auto-  
bestījs q; mihi paratæ sunt, quas & opto mihi ueloces ris.  
esse ad meū interitū. & allici, ut celerius me comedāt.  
ne sicut in alijs territæ sint, & nō eos tetigerunt. Et si  
ipsæ noluerint, ego ipsis uim ingerā, ego urgebo. ig-  
noscite mihi, ego scio quid mihi expediat. nunc inci-  
pio esse discipulus. nulli æmulator uisibiliū & inuisibili-  
liū, ut Iesum Christū merear adipisci. Ignis, crux, be-  
stiarūq; constantia, abscisio, separatio, cōfractio, dissi-  
patioq; mēbroz, interitus toti corpis, & flagella dia-  
boli oīa in me ueniant, ut Iesum Christū merear adi-  
pisci. Nihil me iuuāt quæ sunt mundi huius, neq; re-  
gnū tēporale. bonum est mihi mori in Christo Iesu,  
quā regnare in finib; terræ. Quid enim prodest ho-  
mīni si uniuersum mundū lucretur, animā uero suam  
perdat Dominū namq; desydero filiū uerī dei, & pa-  
trē Iesu Christi. ipsum utiq; querō, et illū qui pro no-

L. iii bis.

bis mortuus est, & resurrexit. Ignoscite mihi fratres,  
ne mihi impedimenta opponatis ad uitam. Iesus est enim  
uita fideliū, ut ne uelitis me mori, quia uita mors est  
sine Christo. dei uolens esse, mundo non placeā. Sinite  
me purā lucē p̄cipere, illuc perueniens homo dei ero.  
Cōcedite mihi, ut sim imitator passionū dei mei. Qui  
enim uult in seipso habere, intelligat quod uolo, & co-  
patiatur mihi sciens quid sit in me. Princeps enim mun-  
dī huius diripere me uult, & in iudicio dei mei dirū-  
pere. Nemo ergo de præsentibus uobis auxilietur ei,  
magis autē mei adiutores estote, hoc est dei. Nolite di-  
cere Iesum Christū, mundū honorātes. facinus in uo-  
bis non habitet, neque si uos præsens rogauero, cōsentia-  
tis mihi. his autē cōsentite quod scribo uobis. uiuus enim  
uobis scribo, desyderans mori p̄ Christo. Meus enim  
amor crucifixus est, & non est in me. Aqua autē alia ui-  
ua manet in me, intrinsecus mihi dices, ueni ad patrem.  
non comedā escā corruptionis, neque uoluptates huius  
mundi desydero. Panē dei uolo, panē cœlestē, panem  
uitæ, qui est caro Iesu Christi filij dei uiuī (qui natus ē  
in nouissimo ex semine David & Abraham) & potū  
uolo sanguinē eius, qui est dilectio incorruptibilis,  
& uita æterna. Iānolo secundū hoīes uiuere, hoc autē  
erit si uos uolueritis. Christo cōcrucifigor, quia iam  
ego non uiuo, uiuit uero in me Christus. Per modica-  
scripta rogo uos, ne mihi obſistatis. Credite mihi quod  
Iesum diligo, quoniam et ipse dilexit me, & seipsum tradi-  
dit

dit pro me. Quid retribuā ei p oībus quæ retribuit  
mihi. Ipse aut̄ deus & pater dñi nostri Iesu christi, &  
ipse dñs Iesus christus, manifestauit nobis hæc oīa,  
quia uerū dico. & uos simul cōdeprecamini mecum, ut  
laborē cōsequar in spiritu sancto. Non secundū carnē<sup>In alijs līnq  
centrū, et rītū  
cōmōdū</sup>  
uobis scripsi, sed secundū dispositionē dei. Si aut̄ pa-  
sus fuero, dilexistis me. Sed si reprobatus fuero, odio  
me hahuistis. Mementote in orationibus uestris illi-  
us qui p me recturus est ecclesiā, quæ est i Syria. Cre-  
dite dño dicenti, Ego sum pastor bonus, qui uisitauit  
eā. & sit uestra in eo dilectio. Ego autē & erubesco ex  
ipsis dīci. Nō enim sum dignus esse ultimus, aut pur-  
gamentū, sed miserabilis sum nunc, donec deū mere-  
ar adipisci. Salutat uos sp̄ritus meus, & dilectio ecclē-  
siarū, quæ me suscepert̄ sicut nomen Iesu christi. ha-  
bentes enim me nō quasi transeuntē uīā meā aspicie-  
bant, & per ciuitatē me deducebant. Hæc igitur scri-  
bo uobis de Smyrna, p Ephesios beatitudine dignos.  
Est aut̄ mecum simul cū alijs Crocus desyderabile mihi  
nomen, ex ijs qui aduenerūt de Syria ad Romam in  
gloria dei. Credo uos agnoscere, quæ mihi manda-  
stis adhuc proxime constituto. Oēs enim digni sunt  
deo, & apud uos me oportet requiescere. Scripsi uo-  
bis hæc nono calendas Septembris. Incolumes esto-  
te usq; in finē, in patientia Iesu Christi. Amen.

EPISTOLARVM D: IGNATII

F I N I S.

POLYCARPI MARTYRIS SMYR  
neorum episcopi, discipuli Ioannis euangeliſtæ ad Philippenses.

Philippis ciuitas Mace-  
donia.



OL Y C A R P V S & qui cum eo sunt presbyteri, ecclesiæ dei quæ est Philippensis, misericordia uobis et pax a deo omnipotente, et Iesu Christo saluatore nostro ab undet. Congratulatus sum uobis magnifice in domino nostro Iesu Christo, suscipiens immutabilia uerba dilectionis, quā ostendistis in illis (qui præmissi sunt) uiris sanctis decoris uinculis conexis. quæ sunt coronæ electæ deo, illius ueri regni, per dominū nostrū Iesum Christū. et quia firmitas fidei uestræ a principio usq; nunc permanet, et sanctificatur in domino Iesu Christo, qui sustinuit pro peccatis nostris usq; ad mortē, quē resuscitauit deus, dissoluens dolores inferni. quem cū non uideritis, nunc diligitis. in quē nunc non aspicientes, creditis. credentes autem gaudebitis gaudio inenarrabili, et glorificato (in quo multi desyderat introire) sciētes quia gratia facti estis, non ex operibus, sed in uoluntate dei per Iesum Christum. Propter quod succincti lumbos uestros, seruite domino cum timore, et in ueritate, dimisso inani uaniloquio, et multo errore. Credite ergo in illum qui resuscitauit dominum nostrum Iesum Christum ex mortuis, et dedit gloriam et se

& sedem in dextra sua. Huic subiecta sunt omnia, coe-  
lestia & terrestria & subterranea. cui omnis spiritus ser-  
uit. qui uenturus est iudicare uiuos & mortuos. Hu-  
ius sanguinē requirit deus ab eis, qui non crediderūt  
in eū, qui resuscitauit eū a mortuis, qui & nos resusci-  
taturus est in uita, si fecerimus uolūtatem eius, & am-  
bulauerimus in mandatis ipsius, & dilexerimus quæ  
& ipse dilexit. auocantes nos ab omni iniustitia, hoc  
est a concupiscentia, ab avaritia, a detractione, a falso  
testimonio. non reddentes malū pro malo, aut iniuri-  
am pro iniuria, aut contumeliā pro cōtumelia, aut ma-  
ledictū pro maledicto. Mementote quod domin⁹ do-  
cens dixit, Nolite iudicare, ne iudicemini. dimittite,  
& dimittetur uobis miseremini, & dominus misere-  
bitur uestri. qua em̄ mensura mensi fueritis, remetiet  
eadem & uobis. Mementote & illius quod dictū est.  
Beati pauperes spiritu, & qui persecutionē patiuntur  
propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum coe-  
lorum. Hæc aut̄ fratres mei non a meipso imperas scri Laus Pauli.  
bo uobis de iustitia, sed quoniā uos prouocastis. pro  
pterea quia neq; ego, neq; similis alius mei, poterit se  
qui sapientiam beati & glorioſi Pauli, qui fuit apud  
uos. & uisus est secundū faciē illis (qui tunc erant) ho-  
minibus. qui docuit certissime atq; uerissime uerbum  
ueritatis, qui & absens scripsit uobis epistolas, ad q̄s  
deflectimini, ut possitis ædificari in fide quæ data est  
uobis, quæ est mater omniū nostrum, subsequēte spe

M præce

præcedente dilectione quæ est in deo, & in Christo,  
& in proximo. Si enim quis horum intrinsecus reple-  
tus fuerit mandatis iustitiae, & habuerit dilectionem,  
longe est ab omni peccato. Principium omnium ma-  
lorum est avaritia. Scitote autem quia nihil intulim⁹  
in hunc mundum, neq; auferre possumus. armemur ar-  
mis iustitiae, & doceamus nosmetipos primum am-  
bulare in mandatis domini, & post hæc mulieres ue-  
stras, in fide quæ data est eis, et dilectione & castitate  
amantes suos viros in omni ueritate & charitate, dili-  
gentes omnes æqualiter in omni continentia, et filios  
eruditæ in omni disciplina et timore dei. Videlicet uero  
pudicæ circa fidem dei, interpellent incessanter pro o-  
mnibus, elongantes se ab omnibus diabolicis detrac-  
tionib⁹, et falso testimonio, et ab omni malo, cognos-  
centes seipcas, quia sunt sacrariū dei. quoniam omnia  
deus prospicit, et nihil eum latet, neq; cogitatio, neq;  
conscientia, neq; aliquid abditum cordis. Scientes au-  
tem quia deus non irridetur, debemus digne in man-  
datis eius et gloria ambulare. Similiter diaconi incul-  
pabiles sint in cōspectu iustitiae eius, sicut dei & Chri-  
sti ministri, et non hominum. non criminatores, neq;  
detractores, neq; avari, sed omnia tolerantes, in omni-  
bus misericordes, diligentes, in omnibus ambulantes  
in ueritate domini, qui factus est minister omniū. Hu-  
ic si placemus in hoc seculo, percipiemus ea quæ fu-  
tura sunt, secundum quod repromisit resuscitare nos  
a mor-

a mortuis. Et si digne in eo conuersati fuerimus, & si crediderimus, conregnabimus cum eo. Iuuenes similiter inculpabiles sint in omnibus, omnem ignorantiam praeudentes, refrenantes se ab omni malo. Bonū est enim abscedi ab omnibus concupiscentijs, quoniam omnis concupiscentia aduersus spiritum militat. quia neq; fornicarij, neq; molles, neq; masculorum cōcubitores, regnum dei possidebunt, neq; illicta facientes. Propter quod abstinere oportet ab omnibus his. Subiecti estote presbyteris et diaconis, sicut deo & Christo. Virgines casta cōscientia ambulate. Presbyteri simplices sint, in omnibus misericordes, omnes ab errore conuertentes, omnes infirmos uisitantes, uiduas, pupillos et pauperes non negligentes, sed semper prouidentes bona coram deo et hominibus. Abstinete uos ab omni iracūdia et iudicio iniusto. Longe ab omni auaritia estote, non cito cōsentiatis aduersus aliquē, ne præuaricemur in iudicio, scientes quia debitores sumus peccati. Si ergo deprecamur dominū ut nobis dimittat, debemus etiam nos dimittere. Ante conspectum oculorum domini sumus, et omnes oportet nos astare ante tribunal Christi, et unum quenque pro se rationem reddere. Seruiamus ergo eī cum timore et reuerentia, secundum quod euangelisauerunt nobis Apostoli domini, et prophetæ annunciauerunt aduentum domini nostri I E S V Christi, zelantes bona, abstinet scandalis et falsis

M ij fra

fratribus, qui in uanū portant nomen domini, qui oberrare faciunt inanes homines. Omnis enim qui non confitetur Iesum Christum in carne uenisse, hic Anti christus est. Et qui non confitetur mysteriū crucis, ex diabolo est. Et qui deuiauerit eloquia domini ad propria desyderia, & dixerit neq; resurrectionē neq; iudicium esse, hic primogenitus satanæ est. Propter quod relinquentes uanitates multorum & falsas doctrinas ad illud (quod traditum est nobis a principio) uerbū reuertamur. Sobrii simus, in orationibus ieunia tolerantes, et supplicationibus petentes omnium prosperatorem dominum, ne nos inducat in temptationem. secundum quod dicit dominus, sp̄ritus quidem promptus est, caro autem infirma. Indeficienter autē tolere mus propter spem nostram, & pignus iustitiae, quod est Christus. qui sustulit peccata nostra in corpore suū per lignum. qui peccatū non fecit, nec inuentus est dorsus in ore eius. sed propter nos omnia sustinuit, ut uiuamus in ipso. Imitatores ergo efficiamur tolerantiae eius. & si passi fuerimus p̄ nomine eius, glorificemus eum. Hoc enim nobis iudiciū posuit de seipso, & nos hoc credimus. Rogo igitur oēs uos, insistere uerbo iustitiae, & patientiae, quam oculata fide uidistis. non solum in beatissimis illis, Ignatio scilicet & Zosymo & Rufo, sed in alijs qui ex uobis sunt, & in Paulo, & in cæteris apostolis. confidentes quia hi omnes nō in uacuum cucurrerunt, sed in fide & iustitia, & ad debi  
tum

tum sibi locum cum domino (cui & compassi sunt) abi-  
erunt. quia non hoc seculum dilexerunt. sed eum qui  
pro ipsis & pro nobis mortuus est, & a deo resuscita-  
tus. In his ergo state, et domini exemplar sequimini,  
firmi in fide, et immutabiles, fraternitatis amatores, di-  
ligentes inuicem, in ueritate sociati, mansuetudinem  
domini alterutri præstantes, nullum despicientes. Cū  
potestis benefacere, nolite differre, quia eleemosyna  
de morte liberat. Omnes uobis inuicem subiecti esto-  
te, conuersationem uestram confyderantes irreprehē-  
sibilem in gentibus. ut ex bonis operibus uestris, et  
uos laudem accipiatis, et dominus in uobis non blas-  
phemetur. Væ autem illi, per quæ nomen domini blas-  
phematur. Sobrietatem ergo docete oës, in qua et uos  
conuersamini. Nímis contristatus sum pro Valente,  
qui presbyter factus est aliquando apud uos, quod  
sic ignoretis locum qui datus est ei. Moneo itaq; uos  
ut abstineatis ab auaritia, et sitis casti ac ueraces. Ab-  
stinetе ab omni malo. Qui autem in his non potest se  
gubernare, quomodo alij pronunciat hoc? Si quis nō  
abstinuerit ab auaritia, ab idololatria coinquinabitur  
et tanquā inter gentes iudicabitur. Quis ignorat iudi-  
cium domini? An nescimus quia sancti mundum iu-  
dicabūt, sicut Paulus docet? Ego autem nihil talesen-  
si in uobis, uel audiui, in quib⁹ laborauit beatus Pau-  
lus, qui estis in principio epistolæ eius, de uobis etem  
gloriatur in omnibus ecclesijs, quæ deum solæ tunc

M iij cognoscere

cognouerant nos autem nōdum' noueramus. Valde ergo fratres contristor pro illo, & cōiuge eius, quib⁹ det dominus pœnitentiam uestram. Sobri⁹ ergo esto te & uos in hoc, et non sicut inimicos tales existem⁹ tis. sed sicut passibilia membra et errantia eos reuocate, ut omnium uestrum corpus saluetis. hoc enim agē tes, uosipsoꝝ ædificatis. Confido enim uos bene exercitatos esse in sacrī literīs, et nihil uos latet (mihi autem non est concessum modo) ut his scripturis dictū est. Irascimini & nolite peccare. Et sol non occidat super iracūdiam uestram. Beatus qui meminerit, quod ego credo esse in uobis. Deus autem & pater domini nostri Iesu Christi, & ipse sempiternus pontifex dei filius Christus Iesus, ædificet uos in fide & ueritate, & in omni mansuetudine, & sine iracundia, & in patientia, et in longanimitate, tolerantia & castitate, et dñe uobis sorte et partem inter sanctos suos, et nobis uobiscū. & omnibus qui sunt sub cœlo qui credituri sunt in dominum nostrum Iesum Christū, & in ipsius patrem, qui resuscitauit eū a mortuis. Pro omnibus sanctis orate. Orate etiam pro regibus, & potestatibus, & principibus, atq; pro persequenti⁹ & odientib⁹ uos, et p̄ inimicis crucis, ut fructus uester manifestus sit in omnibus, ut sitis in illo perfecti. Scripsisti⁹ mihi & uos et Ignatius, ut si quis uadit ad Syriam, deferas literas meas, quas et dedero ad uos, si habuerimus tempus opportunum, siue ego, seu legatus,

*Orationes fratris orate. Orate etiam pro regibus, & potestatibus, & principibus, atq; pro persequenti⁹ & odientib⁹ uos, et p̄ inimicis crucis, ut fructus uester manifestus sit in omnibus, ut sitis in illo perfecti. Scripsisti⁹ mihi & uos et Ignatius, ut si quis uadit ad Syriam, deferas literas meas, quas et dedero ad uos, si habuerimus tempus opportunum, siue ego, seu legatus, quem*

quem misero pro uobis. Epistolas sane Ignatij quæ transmissæ sunt uobis, habeo. et alias quantascunq; apud nos habuimus, transmisimus uobis (secundum quod mādastis) quæ sunt subiectæ huic epistolæ. ex omnibus enim uobis magnus erit profectus. Continent enim fidem, patientiam, et omnem ædificationē ad dominum nostrū pertinentē. Et de ipso Ignatio et de ipsis qui cum eo sunt, quod certius agnoueritis si, gnificate. Hæc uobis scripsi per Crescentem, quem in præsentem diem cōmendaui uobis, et nunc commendo. Conuersatus est nobiscum inculpabiliter, credo quia uobiscum similiter. Sororem autem eius habetis commēdatam, cum uenerit ad uos. Incolumes estote in domino Iesu Christo, in gratia cum omnibus uestris, A. M. E. N.

V N D E C I M E P I S T O L A R V M D I V I N I  
Ignati Antiochenis ecclesiæ episcopi, & uni  
us beati Polycarpi Smyrneorum antistitis,  
discipulorum sanctorū Apostolorum,  
& martyrum IESU saluatoris mun  
di felicissimorum, finis.

BASILEAE APVD ADAM PETRI,  
MENSE AVGVSTO, AN  
NO M. D. XX.



Я ГЕРМАНСКАЯ СУДА  
ИА ОТВЕДНА ИНИЦИА  
ДЛЖНІЯ МІСІЯ

s. Epistolas sane Ignatij quæ habeo. et alias quantascunq; ansimilimus uobis (secundum) subiectæ huic epistolæ. ex iagnus erit profectus. Contiam, et omnem ædificationē continentē. Et de ipso Ignatio et quod certius agnoueritis si tripli per Crescentem, quem in daui uobis, et nunc commen bismum inculpabiliter, credo. Sororem autem eius habe, n uenerit ad uos. Incolumes Christo, in gratia cum omni-

E N.

STOLARVM DIVINI  
Is ecclesiæ episcopi, & uni  
Smyrneorum antistititis,  
ectorū Apostolorum,  
s v saluatoris mun  
imorum, finis.

V D ADAM PETRI,  
GVSTO, AN  
M. D. XX.

49A

